

## **Sancti Hieronymi Stridonensis Opervm, Tomi ...**

In quo ipsi adscripta haec continentur: Commentarii in Iob. Commentarii in Prouerbia Salomonis. Homiliae quatuor Origenis in Canticum canticorum.

Commentarii in omnes Pauli Apostoli Epistolas. Quae omnia ad fidem vetustissimorum exemplariorum multis mendis sublatis correcta sunt ... Qui autem horum ...

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

Liber Tertius.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75132](#)

A

COMMENTARIORVM BEDÆ  
PRESBYTERI IN PARABOLAS SA-  
LOMONIS. LIBER TERTIVS.

## CAPVT XXV.

**A**E quoque parabo-  
[Le Salomonis, &c.]  
Hinc nouo ordi-  
ne loqui incipit,  
vt non sicut prius  
quasi ad audiendum verbū fa-  
ciat: sed secum ipse quid ratio-  
veritatis habeat disputando  
pertraetertiū quibus tamen le-  
gens quisque vel audiens quid  
apertere, quid cauere debeat,  
apertissime dignoscat. Quas  
quidē parabolæ viri Ezechia  
translatis referuntur: quia for-  
tassis ad eius vñq; tempora, dis-  
persæ habebantur à pluribus:  
prout ex ore sapientissimi re-  
gis semel dictas exceperat: sed  
per industriam illius collectæ  
in vnum, & in huius libelli sunt  
corpus insertæ. Notandum sa-  
nè, quia in his parabolis multo  
sunt plura, quam in ceteris per  
allegoriam dicta ex collatione  
videlicet rerum, qua figuris  
apertæ esse videntur.

b [Gloria Dei est celare verbum;  
&c.] Gloria domini est in car-  
ne apparentis humanitatis sua

B

[Ioan. 10. f] infirmitatem, magis quām diuinitatis æternitatem morta-  
lium oculis ostendere: & se potius operum miraculis ac my-  
sticis locutionibus, quām apertis allerationibus verbum, id  
est, Dei filium facere. Vnde multo sepius in Evangelio filium  
se hominis, quām filium Dei appellare consuevit. Ergo gloria  
fidelium eius discipulorum, est diligenter eius inuestigare  
sermonem: quo se Deum etiam vbi patienter non dicit, my-  
sticè significat: quale est illud: *Ego & pater vnum sumus, & cæ-  
tera huiusmodi.* Deniq; celans verbi æternitatem, & præten-  
dens carnis infirmitatem, ait: *Quem dicunt homines esse filium ho-  
minis?* Cui rei eximius inuestigator eius sermonis, quem ante  
sepius audierat, respondebit: *Tu es Christus filius Dei vni.* Nec  
parquam hac inuestigatione meruit gloriam: nam protinus  
audiuit: *Beatus es Simon Bariona, &c.*

c [Cælum sursum, & terra deorsum, & cor regū inscrutabile.] Sicut  
altitudo celi, & profunditas terræ coniici ab hominibus nō  
potest: ita scientia Prophetarum & Apostolorum, qui arca-  
na diuinitatis Spiritus sancto reuelante cognoverunt, nostra  
fragilitatis capacitatem transcendent.

d [Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum.] Au-  
fer litera superficiem de sacro eloquio, & inuenies sensum  
purissimum sub utilitate literæ reconditum: & sub carnalium  
figuris ceremoniarum, spiritualia latuisse mysteria.

e [Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus  
eius.] Aufer impietatem persequenti Christianos de animo  
Sauli, vel alterius cuiuslibet avarulatorum legis: & eum Chri-  
stum prædicare coepint, firmabitur iustitia cathedra do-  
ctrinæ eorum, quam prius ad ruinam sua impellebat impie-  
tas, quām diu iustitiae Dei repugnantes, suam præponere  
certabant. Iterum: *Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur  
iustitia thronus eius.* Qui enim præsent populus, si volunt  
volum esse solium suum, semper hilaritate & gratia plenos  
vultus exhibeant: ne per arrogantiā rigidiores effici, in  
mussitationem incidant plebis.

f [Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne stete-  
ru. Melius est enim vt dicatur tibi, ascende huc, &c.] Superiorus præ-  
fulem monuit, nunc subditum: nam sicut illi dixit, vt hi-  
laicum vultum ostendat subiectis: ita hunc admonet, ne in  
cōspectu maiorum arrogans appareat: sed potius in medio-  
cri loco positus superior euocari mereatur: cui simile est il-  
lud dominicum: *Cām in uitatu fueris ad nuptias, non dis̄cumbas*

Luc. 14. b

in primo loco, &c. Possumus autem in rege & principe, domi-  
num significatum intelligere, in cuius conopeu nos semper  
humiliari necesse est, monente Apostolo Petro, qui ait: Hu-  
miliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore vi-  
tationis.

## CAPVT XXV.

AE quoque parabolæ Salomo-

nis, quas transtulerunt viri Eze-  
chiae regis Iuda. b Gloria Dei est

celare verbum, & gloria regum

inuestigare sermonem. c Cælum

surlum, & terra deorsum, & cor

regum inscrutabile. d Aufer rubiginem de argen-  
to, & egredietur vas purissimum. e Aufer impie-  
tatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thro-  
nus eius. f Ne glorioſus appareas coram rege, &  
in loco magnorum ne stete-  
ru. Melius est enim vt dicatur tibi, ascende huc, &c.] Et in Evan-  
gelio dominus ait: Si peccauerit  
in teſtratu, vade & corripueum  
inter te & ipsum ſolum, &c.

1. Pet. 5. b

Matt. 18. b

Psal. 11. b

D

g [Quæ viderunt oculi tui, nepro-  
fers in iurgio cit: ne poſte emen-  
dere non poſſis, cum de honestaueris  
amicum tuum, &c.] Et in Evan-  
gelio dominus ait: Si peccauerit  
in teſtratu, vade & corripueum  
inter te & ipsum ſolum, &c.

h [Mala aurea in lectis argenteis,  
qui loquitur verbum in tempore suo.]

Sacra eloquia rectissimè lectis  
comparantur argenteis, lectis  
videlicet: quia requiem pre-  
ſtant animabus audiēt. Argenteis autem: quia splendida  
fulget virtutibus patrum. Vn-

der scriptum est: Eloquia domini,  
eloquia caſta, argenti igne exami-  
natum. Quorū ornatū lecto-  
rum, mala super addit aurea,  
quicquid eadē diuina eloquia,  
& spiritualib[us] plena ſenibus  
& mysterijs exponēdo demon-  
strat. Qui nimur ſenſus aptè  
mala vocantur: quia de arbore  
vitæ, id est, Dei ſapiencia ſunt  
orti. Aptè aurea mala: qui no-  
titia amoremq; perpetua clari-  
tatis mētibus infundit. Mala

ergo aurea in lectis argenteis,

qui loquitur verbum in tem-  
pore ſuo: quia qui verbum Dei oportunè nouit iuxta audiē-  
tum capacitatem prædicare, modò exēpla ac diſtri patrum,  
per quorum custodiam ad requiem perueniat ſternam,  
iuxta literam replicat: modò ſuauiores in hiſ ſenſuum ſpiri-  
tualium fructus, quibus pia audientium defideria paſcat, re-  
moſliter velamine pandit.

i [Inauris aurea, & margaritum fulgens, &c.] Reclē humilis au-  
ditor inauri comparatur aureæ: qui dum libenter increpant  
ac docentiaurem accommodat, iam ſe al recipiendū clari-  
tatem ſapienciae cælestis præparat: iam ſupernæ lucis viſio-  
ni appropriat. Reclē magister eruditus, margarito fulgenti af-  
ſimilatur: quia dum emendationem morum, dum ſuperno-  
rum ſcientiam defiderantibus, ac piè querentibus animis  
oſtentat, quia aureo ornatiū maiorem inſuper gratiorem  
que fulgorum gemma ardentes annectit.

k [Sicut frigus niuis in die messis, &c.] Importunum viderit  
omnimodis tempore messis ningere. Nam & inſra legimus:

Quonodo niix in aſſate, & pluia in messi: ſic indecens eſt ſtulo glo-  
ria. Sed tamen in infernalimis Palestiniæ regionibus non

Infr. 26. a

parum delectabile eſt mentibus, ſi ſubito frigus que modo  
in niuſ ſolet, adueniat: quod incendia ſolis aliquantum re-  
frigeret, ſudore laborantium tergar, ardētes temperet an-  
heliitū. Cui recte frigori legatus aſſimilatur fidelis: qui men-  
tem eius qui ſe miſit, prudenter agendo repauſat. Myſtice  
autem, legatus fidelis, doctoſt catholicus: qui autem mit-  
tit eum, dominus. Portio dies messis in aſſate, tempus eſt pra-  
diſcationis inter furores perſequentiū. De quo diſtum est:

Meffi quidem multa, operari autem pauci. Frigus niuis in meſſe,

Matt. 9. d

aliquantula eſt quies predicantum à perſecutione re-  
pugnantum. Reclē ergo dicitur: Sicut frigus niuis in die

meſſe: ita legatus fidelis ei qui miſit eum, animam illius  
requieſcere facit: quia ſicut optabile eſt prædictoribus

verbi, cum ab infidelium rabi forte aliiquid refrigerij ac-  
cipiant, nec facultas docendi negatur: ita ipsi qui ad pre-  
dicandum eos miſit domino gratum eſt conſtat, cum ſu-  
ceptam ab eo legationem, etiam inter aduersa obſistentium

fideliter complent. Denique vt Lucas refert: Rueritis  
a prædiſcationis officio diſcipulis, exultans Spiritus sancto,  
patri gratias obtulit dicens: Conſiteor tibi domine pater celi &

terre, &c.

a [Nubes]

E [§ Nubes & ventus, & pluiae non sequentes, &c.] Huic simile videtur quod superius ait: Ne lades quemquam labij tuis. Sed ille versiculus specialiter hoc continet, ne promittendo hominem suscidas, & non complendo decipias. Iste vero versiculus & hoc continere potest, & illud quod dicit Apostolus: Habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.

Tim. 3.8  
Spt. 4.4  
[§ Patientia leniter princeps, &c.] Quamvis dominum pecando offendisti, potes tamen eius mereri clementiam, si patienter aduersus, quæ tibi pro peccatis irrogatur, pertuleris, humilique satisfactione duritiam domaueris contumaciam prioris.

[§ Mel inuenisti, comedere quod sufficiat tibi, ne forte satiatus, euomas illud.] Dulcedinem inuenisti celestis intellectus, quæ spiritualium patrum officio, quasi prudentissimam tuam tibi labore ministratur: vide ergo ne in eas plus sapere appetas, quæ oportet sapere, ne dum summa intelligere ultra vires queraris, et iam quæ bene intellexeras, amitas. Potest autem in hoc versiculo typice dictum intelligi, quod in sequenti aperte subiicitur.

[§ Subtrahe pedem tuam de domo proximi tui, &c.] Et si etiam proximi cuiuslibet allocutione, vel visitatione melle dulciorum inuenisti: melius tamen est ut rarius veniendo facias eum semper tuū diligere adiutum: quā vvel vna vice, tam diu cum illo maneas, vel totiens ad eum venias, donec te vide fastidias, & ne redeas querat.

Hier. 17.8  
Hier. 2.2  
[§ Dens putridus, & pes laesus, qui sperat super infidelis in die angustie, &c.] Et Hieremias ait: Maledictus qui spem suam ponit in homine, & ponit carnem brachium suum. Quicquidē denti putrido, & pedi lasso comparatur: quia qui illud vnicum hominis bonum, hoc est, adhucere Deo, & ponere in Deo spem suam nescit: iste nec vita percipere cibum, nec ad mansionem potest desiderare salutis pertinere. Et talis amittit pallium in die frigoris: quia & si in serenitate vita præsentis, habitus religionis videtur induitus: vbi tamen districcio iusti iudicij inguerit, nudus omnimeodis ab ornatu iustitia patebit: nec eorum confortio dignus, de quibus scriptum est: Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.

[§ Accetum in nitro, qui cantat carmina cordi pessimo, &c.] Nitrum à Nitria prouincia, vbi maximè nasci solet, nomen accepit. Nec multum à salis Amoniaci specie distat: nam sicut salem in littore maris feruor conficit solis, durando in petram aquas marinas, quas maior vis ventorum, vel ipsius maris feruor in littoris vleriora proiecerit: ita in Nitria, vbi estate pluiae prolixiores tellurem infundunt, adeo ardor siderantis, quod ipsas aquas pluviales per latitudinem arenarum concoquat in petram: salis quidem vel glacie asperguntur, & similim: fed nil gelidit rigor, nil falsi saporis habentem: quia tamen iuxta naturam salis, in cauam durare, & in nubilo aere fluere ac liquefieri solet: Hanc indigena sumentes seruant: & vbi opus exirent, pro loamento vntuntur. Vnde Iudea peccantibus dicit propheta: Si laueris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es iniquitate tua, dicit Dominus Deus. Crepitat autem in aqua quo modo calx vivit: & ipsum quidem dispergit, sed aquam lauationis habilem reddit, cuius natura cui sit apta figura, cernens Salomon ait: Accetum in nitro, & qui cantat carmina cordi pessimo. Accetum quippe, si mittatur in nitrum, feruescit nitrum protinus & ebullit: & peruerfa mens, quando per increpationem corrumpitur, aut per prædicationis dulcedinem bona suadetur, de correptione sit deterior, & inde in murmuratio-

nis iniquitatem succenditur, vnde debuit ab iniquitate compesci.

[§ Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si stirerit, da ei aquam bibere.] Et de corporalibus alimentis, & de spiritualibus potest intelligi.

[§ Prunas enim congregabis super caput eius: & dominus reddet tibi.] Non de incendijs pœnarum dicit: neque enim doceret sapientia, vt bona faciendo inimico, perditionis eius causam ministras: sed per prunas super caput eius, ardorem charitatis in corde eius significat. Fit enim nonnunquam, vt inimicus crebris victus beneficj, odiorum rigore emollito, calorem in metem charitatis excipiat: ac de inimico amicus fieri, & eum quem iniuste oderit, redamare incipiat.

[§ Ventus aquilo dissipat pluias: & facies tristis, linguam detrahentem.] Si hilari vultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi: si vero tristi vultu haec audias, vt dixit quidam vir Dei: Discit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri.

[§ Melius est sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa, & in domo communi.] Doma, excelsus & secretus est locus: quod enim θεος Graecæ, Latinæ dicitur teatum. Denique in actibus Apostolorum, vbi Petrus

ambitu:

in superiora ad orandum ascendit, pro superioribus, in Graeco scriptum est. Melius est ergo in altitudine virtutum manere quamlibet liberum a vinculis vxorijs, & a seculi huius secretum desiderijs, quam cum carnali vnu voluptrum quotidiani nefarie mulieris contumelij affici.

[§ Aqua frigida anima stimenti: & nuntius bonus de terra longinqua.] Dicit psalmista: Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deu. Aqua ergo frigida quam stimenti ardorem restringit, & nuntius qui de longe venies, noua quælibet & inopinata gaudia portat, assimilantur: quia & dulcedo diuinæ visionis animam diu desiderantem consolatur, atque ab æstu presentium tribulationum liberam reddit. Et angeli quotidie de terra longinqua, hoc est, à superna patria descendentes in mundum, iustos vel inter tentationes spe cælestium roborant: vel finitis tentationum certaminibus, ad palmam perpetuae retributionis inducent.

[§ Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.] Fons & vena vita, est os & lingua iusti, qui meditatur sapientiam, & loquitur iudicium. Et si hunc à diabolo superari atq; in cassum redigi contigerit, meritò fons turbatus, aduersario conculcante, & vena dicitur esse corrupta. Euenit enim sapientia qui maiori scientia prædicti fulgebant, ad vltimum plus volentes sapere, quam fragilitati humana concessum est, in insipientia fouearunt decadunt. Vnde consequenter adiungitur.

[§ Sicut qui mel comedit multum, &c.] Dulcedo enim mellis si pluquam necesse est, sumitur: vnde delectatur os, inde vita comedentis necatur. Dulcis quoque est requisitus maiestatis: sed qui plus hac scrutari appetit quam humanitatis agnitus permittit, hunc ipsa eius gloria opprimit: quia velut mel sumptum immoderatè, pereruntans senum, dum non capitur, rupit. Non hoc autem solum quisque sapiens attendere debet, ne altiora se querat: & ne fortiora se scrutatus sit: verum etiam ne ea quæ redit atque utiliter scire potuit, immoderatis sermonibus subiectum minus utilia reddat. Vnde adhuc aptè subiectur.

[§ Sicut vrbis patens, & absq; murorum ambitu, &c.] Si enim murum silentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis: & cum se per verba extra semetipsum iacit, apertamente aduersario offendit: quam tanto ille sine labore superat,

quanto

- A** quanto & ipsa quæ vincitur, contra semetipam per multiloquium pugnat.
- CAPUT XXVI.**
- Q**uomodo nix in æstate, & pluvia in messe: sic indecens est stultus gloria.] Hic verificulus, ne indoctis honor docendi cōmittatur, præmonet. Nix namque æstate, & pluvia in messe, sunt persecutionis infidelium in tempore prædicationis euāgelicae: quæ dum grauiores forte insilunt, & calorem in multis impediunt dilectionis, & fruges bona operationis fodant. Quibus reæ gloria, quæ stulto confert, esse similis afflueratur: quia si indocto cathedra docendi tribuitur: æquæ similiter per hoc Ecclesia vi infidelium persecutione lèditur: quod esse verissimum Arianæ tempestatis calamitas probavit.
- b **¶** Nam sicut auis ad alta transvolans, & passer quæ libet vadens, &c.] Verba quidè reæ aibus cōparantur, quod sonido per aera transvolent, ab ore videbile loquacitatem, ad aures vscq; audiens. Sed distant in eo: quia potest fieri, ut auius quæ libet volas, eo loco residat: ubi in certe necessitatibus, aut utilitatis suppetat: Verba autem que loquimur, non quæ liber, dispersa in ventum defluunt atq; evanescent: sed in auctore suum cuncta reuertuntur, & vel bene prolixa iuuant loquentem; vel male edita grauant. Itaq; si pro omni verbo etiæ otio loatione in die iudicij reddere cogamur: quanto magis autem maledicta, non solum ea quæ malitia mente in infonte iaculantur: verum etiæ illa quæ negligientiam consuetudine passim in quislibet proferuntur: non alius, sed ipsum maledictū opprimunt? Neque enim maledicti regnum Dei possidebunt. Non autem sine causa dicit maledictum frustra prolatum: Est enim maledictū iuxta diuinæ distictionis iram in impios emissum, ut est illud Petri in Simonem Magum: Pecunia tua tecum sit in perditionem: & ea quæ in apostatis & hereticos Ecclesiastica animaduersione proferuntur anathemata. De quibus dominus eidem Ecclesia dicit: Quocunque alligeris super terram, erunt ligata & in celis.
- c **¶** Flagellum equo, & chamus asino, &c.] Et quid per equum, nisi superbum: & quid per asinum, nisi luxuriosum quemlibet figurat? Et ideo necesse est vt per diuinum flagellum, elatio humilietur superborum, & per infirmitatem carnis velut per chamus cohibeat voluntas lubricorum, ut qui sponte conuerti nolunt, coacti flagellis conuertantur à virtutis, sicut ait propheta: In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.
- d **¶** Respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei simili. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.] Non hæc inuicem sibimet contraria debent videri: non respondere stulto iuxta stultitiam eius, & respōdere stulto iuxta stultitiam eius: utrumque enim pro temporum & personarum diuersitate concordat: dum & stultus contemnitur, quia non percipit sapientiam: & stulta superbia alia decutitur stultitia: iuxta quod Apostolus dicit: Factus sum insipiens, vos me coegeritis.
- e **¶** Claudius pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.] Potest fortè eueniare, ut sapiens quilibet stultum in legationem mittat, nesciens quia stultus est: nec tamen ipse sapientia sua gloriam perdat, in eo quod de ignoto bonum quod audierat, credidit. Sed qui hereticum
- B** scient mitit ad prædicandum populis, claudus est pedibus, & iniquitatem bibens: quia & operis boni foris incessum amittit, & interiora sui fensus haustu stultitiae decebat.
- f **¶** Quomodo frustra claudus pulchras habet tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola.] Sicut enim frustra claudus habet tibias, cum ambulare non valet: ita indecens est in ore cuiuslibet qui indignè se agit, ferro compotitus: dum per degenerem vitâ stultus potius quam sapiens esse approbetur.
- g **¶** Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem.] Qui insipienti, id est, heretico, honoré docendi confert: non minus delinquit, quam qui Deos aedebulra gentilium cultu veneratur inani.
- h **¶** Quomodo si spina nascatur in manu temulentis: sic parabola in ore stultorum, &c.] Spina in manu nascitur temulentis, cum in operibus qui carnalibus servit illecebris, punctiones oriuntur scelerum. Quibus reæ parabola quam stultus proponebit assimilatur: quia & hi verba prudētia stultus dicere nouit: in his tamen vitorū punctiones, quibus vel leipsum, vel proximum lacerat, vitare non nouit. Sepè namq; docto imprudens in eo quod bona dicit aut sancta, occultè suam laudem ab hominibus, aut venerationem querit aliorum.
- i **¶** Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum: sic imprudens qui iterat stultitiam suam.] Canis cum vomit, profecto cibum qui peccatum deprimebat, ejicit: sed cum ad vomitum reuertitur, quo leuatus fuerat, rursus oneratur. Et qui admissa plangit, profecto nequirit de qua male satiati fuerant, & quæ mentis intima deprimebat, confitendo projiciunt: quam post confessionem, dum appetunt, resumunt.
- k **¶** Vidisti hominem sapientem sibi videri, magis illo spem habebit stultus.] Hoc exponens dominus ait: In iudicium ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant: & qui vident, excentiant.
- l **¶** Dicit piger, leo est in via, & leana in itineribus. Sicut ostium vertitur in cardine suo: ita piger in lectulo suo.] Multi cum verbum exhortationis audiunt, causantur de diabolo: dicentes velle quidem se viam iustitiae incipere, sed impedita satana, ne hanc perficeret possint. Sicque huiusmodi excusationis sermonibus semper in lecto sui corporis, sicut ostium in cardine vertuntur: & modò exire ad operandum, modò ad quicquid redire proponentes, in suis iacere prauitibus nunquam desistunt.
- m **¶** Abscondit piger manus sub aſcella: & laborat, si ad os suum eas conuertenterit.] Per manum quippe operatio: per os verò locutio designatur. Piger labor est ad os suum manum suam porrigit: quia defidiosus quisque prædictor non vult hoc operari quod docet. Manum quippe ad os potrigere, est vocis sue prædicationis opera concordare.
- n **¶** Sapientior sibi piger videtur, septem viris loquentibus sententias.] Septem viros loquentes sententias, illos dicit, qui septiformis spiritus gratia pleni, sanctæ Scripture nobis scientiam ministraverunt. Quibus se sapientiorem stultus arbitrat: quia sepè nonnulli adeò mentem ab agendis his quæ dominus præcepit, deficientes auertunt, ut ne hæc quidem omnia, vel posse ab homine, vel debere impleri cōtendant: & quasi sapientiores his qui diuina eloqua scripferunt, ea hominem facere non posse autumant: quæ illi dictante Spiritu sancto, hominem facere iusserunt: imò etiam quæ multos homines iuuante

**E** iuante spiritus eiusdem gratia, perficisse monstrauerunt.  
[Tunc a] **Sicut qui apprehendit auribus canem, &c.**] Dicit Apostolus: *Noli verbi contendere: ad nihil enim utile est, nisi ad subversiōnē audiētum.* Quicunque ergo duplex sensu est, & duobus inter se iugantibus, mordaci sermone capta fuerit auricula eius, cito incipit & ipse quasi canis latrare, & contentiones canis latrare, & contentiones canis latrare: sed hoc sapiens omnimodo vitat.

**b** **[Verba susurronis quasi simplicia, &c.]** Susurronem, incensoritum, & bilinguem appellat: qui simulat laudem verborum, & querit audire unde iuria feminis:

**c** **[Quomodo si argento sordido ornare velū vas fictile, &c.]** Quid per argentum sordidum, nisi scientia corrupta: & quid per vas fictile, nisi cor carneū designatur: *Quod dum de ipsa falsa scientia le ornare satagit, in sua locutione cōtra veritatem tumeret, atq; per elationem magister erroris fit.*

**d** **[Labrys suis intelligentur inimici, cum in corde tractauerit dolos. Quando submiserit vocem suam, &c.]** Inimicus iste potest hereticus non incongrue accipi: qui cum verba predicationis sua facta humilitate submittit, corda innocentium & minus intelligentium demulcendo feducit.

**e** **[Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinā. Lingua fallax, prædicatio est mendax. Os lubricum, sermo fucatus, atque à luce iustitia alienus.**

## CAPVT XXVII.

**N** E glorieris in crastinum, ignorans quid supereruent parat dies. Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. **g** Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. **h** Ira non habet misericordia, nec erumpens furor: & impetu concitati ferre quis poterit?

**i** Melior est manifesta correccio, quam amor absconditus. **k** Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta odientis oscula. **l** Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens, etiam amarum pro dulci sumet. **m** Sicut aus transmigrans de nido suo, sic autem transmigrans de nido suo, sic vir derelinquit locū suum. **n** Vnguento & varijs odoribus delectatur cor, & bonis amici consilij anima dulcoratur. **o** Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris, & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuae. **p** Melior est vicinus iuxta, quam frater procul. Studie sapientiae filii mi, & latifica cor meū, vt possis exprobriari respōdere sermonē. Astutus videns malum, absconditus est: paruuli transeunte sustinuerūt dispendia. Tolle vestimentū eius qui spopōdit pro extraneo: & pro alienis aufer ei pignus.

**Qui**

diversitate virtutum fragrans.

**o** **[Amicum tuum, &c.]** Amicus cuiusq; electi monachi, patet est spiritualis, qui ob hoc quod ei consilium bene vivendi praebet, amicus eius non incongrue dicitur. Ob id vero quod in his praecceptis eisdem spiritualis doctri pareat, amicus domini, qui pater est omnium electorum, recte appellatur. Sed si cur permisit omni est eidem monacho à confortio sancti Patris discedere: ita deterius illi est in die afflictionis sue, qua se in confiteitu Dei mortificare studet, domum fratris sui ingredi, id est, propinquorum suorum seculariter viuenium locieratatem appetere.

**p** **[Melior est vicinus iuxta, quam frater procul. Studie sapientiae filii, &c.]** Melior ibi est vicinus aliquis, qui tibi animum fraternali societate connectit: quam germanus frater, qui iura fidei & pietatis communia tecum habere neglexerit. Quod dominus in parabolā vulnerat à latronibus, eius qui delēbat ab Hierusalem in Hiericho, & Samaritanū qui in curam egit illius, manifeste probauit.

**Luc. 10. c**

rem absconditum, hoc loco amorem dicit illicitum, vt est amor adulterinus: qui ob sui turpitudinem meritò sapientibus redargatur, absconditur. Cui iure manifesta correccio preferitur: quia absque illa contradictione melius est quempiam desiderio corrigendi palam corripere, quam studio simul peccandi clanculo diligere.

**k** **[Meliora sunt vulnera diligentis, &c.]** Melius est à domino, qui nos vt filios pater erudit confecuit, vulnera afflictionū perpeti, quam diaboli blandimentū decipi: qui vt nos celesti h̄ereditate priuer, nostri saudere solet errantibus, quasi leviter sit malum quod agimus: & ultra modū peccatorū nostrorum saeviens tribulatio, q̄ domino dispensante toleramus.

**l** **[Anima saturata calcabit fauum, &c.]** Anima diuitum, qui habent consolationē suam, & quib; dicitur à domino: *Vero bui qui saturati es̄t, quia esurietis: spernit auditam celestis regni dulcedine.* Anima autem eorum qui esuruit & sitiunt iustitiam, etiam aduerla seculi pro domino, imò etiam ipsam mortem perpeti, dulce habet: sc̄is se per poculum amaritudinis ad gaudia perpetuae salutis esse venturam.

**Luc. 6. a**

**m** **[Sicut avis transmigrans de nido suo, &c.]** Sicut avis quae negligit ova, siue pullos quos fouerat, aliarum auium vel animalium raptui dimittit: sic nimis ille qui custodiā virutum in quibus proficiebat, deferit: caridem virtutū quas habere videbatur, immundis spiritibus, ipse proditor existit. Vnde alias dicit: *Si spiritus potest, ait, ascenderit super te, locum tuum ne dimiseris.* Quod est aperte dicere: Si principis mundi, i.e. diaboli tentatio tibi forte institerit, caueo sollicitus, ne à bona operatione cui insidias, desistas.

**Eccle. 10. a**

**n** **[Vnguento & varijs odoribus delectatur, &c.]** Vnguentum est nitor glorie de conscientia pura, siue charitas diuinitus in corda electorum diffusa. Varij vero odores, opinio optima ex

**a** **[Qui**

**E** simo ac modesto viro scriptum est: *Quia exiit à Pharaone iratus nimis: sed de ira stulti, cuius in priori versiculo memorat: que vbi excanduerit, mox viscera pietatis amittit, & furori tantum suo nouit frena laxare.* Alioquin de utili ac necessaria ira dictum est: *Melior est irarifū, quia per tristitiam vulnus corrigit animus delinquentis.*

**i** **[Melior est mansista correccio, quam amor absconditus.]** Amo-

A

a. ¶ Qui benedicit proximo suo voce grandi de nocte confurgens, maledicent similis erit, &c.] Voce grandi proximo benedicit, qui cum fauore superflua laudis extollit; vel malis videlicet aetibus eius contra iustitiam fauendo, vel bona plus iusto laudando. Sed hic maledicenti assimilatur: quia plurimum

ludit cum, cui laudando siue in mala actione confidentiam tribuit: seu in opere recto simpliciter puri cordis minuit, ut videlicet bonum quod supererna mercedis intuitu inchoarat, transitoria laudis amore consumat.

b. ¶ Ferrum ferro acutur, & homo exacuit faciem amici sui.] Satis bona est collatio, & consilium sapientium: vbiunque se inuicem consulendo instruunt, ferrum ferro acutur.

c. ¶ Qui seruat sicum, comedet fructus eius, &c.] Ficum seruare, est legem diuinitatis constituta, inoffenso pedis opere custodiare: q. qui fecerit, comedet fructus eius, dum aeternam obedientiam suam recipiet mercedem.

d. ¶ Quomodo in aquis resplendent vultus prospicientum, &c.] Aquae dicuntur sanctorum dogmata: in quibus doctores vel auditores, velut in speculo vultus suos prospiciunt: dum non solum in actione, sed etiam in cogitatione fideitatem suam recognoscunt.

e. ¶ Infernus & perditio non replebuntur, &c.] Inferni tormenta non replebuntur, terminum accipiendo: similiiter & intentiones eorum qui humana sapientia, infatiabiles sunt in defiderio peccandi. Qui & ideo sine fine penas luunt: qui voluntate habuerant sine fine peccandi, si naturam haberent sine fine viuendi.

f. ¶ Quomodo probatur in conflatorio, &c.] Laus quippe iustos cruciat, iniquos exaltat: sed iustos dum cruciat, purgat: initios dum laetificat, reprobos monstrat.

g. ¶ Diligenter agnosce, &c.] Pastor dicitur Ecclesiae: Diligenter adhibe curam eis, quibus te praeferre contigerit: agnosce animos actusq; singulorum, & si quid in eis vitij loiditatis inueneris, citius castigare meometo. Non enim tu temporales dominicas pascendi potest habebis: sed aeterna est corona quam percipies, si commissum tibi gradum tuo tempore bene ministraueris.

h. ¶ Aperta sunt prata, & apparuerunt herbae virentes, &c.] Aperta sunt modò pascua sacramentorum celestium, quae diu fuerant typis præclusa legalibus. Apparuit nouus viror euangelica veritatis & gratiae, collecta sunt in pabulum gregis dominici scripta patrum veterum, ablata quidem Iudaicis superbiens falce diuinæ animaduersoris, & humilibus ecclesiæ populis ad spirituale subsidiū data. Luxta quod dominus ait illis: Aufere, inquit, à vobis regnum Dei, & dabitur genti facient fructus eius.

i. ¶ Agni sunt ad vestimentum tuum, & hædi ad agri pretium.] Agnos innocentes, hædos pœnitentes nuncupat. Agnorum ergo vellere vestieris, dum bonis obedientium dilecipulorum

moribus pastor ipse proficeris: eorumque laudabilia facta cernens, & in ornato virtutum, & in calore dilectionis ipse gloriior exiteris. Hædus agrum comparabis: dum peccatores ad pœnitentiam vocando, sublimiorem tibi in terra viuentium locum acquires.

k. ¶ Sufficiat tibilas caprarum in cibos tuos, &c.] Tanta instantia pecus tibi commissum paice, ne tibi lac astare nouum, nec frigore defit: sed tibi semper tuisque sufficiat. i. tam sedulo doctrinæ insta, ut etiam quodam pœnitentes ad officium docendi prouchas: quatenus per illos qui pridem pro feditate vitorum ad sinistrâ judicis videbantur esse ponendi, modò rationabiles & sine dolo, lac verbi parvulis sensu ministretur.

Fit autem caprarium ad viatum ancillis, quando hi qui nondum amore perfecto, sed adhuc timore seruili domino deseruunt per exempla, vel verba eorum qui per pœnitentiam salvi facti sunt, viuiscis verbi epulis reficiuntur: atque ut ad maiora virtutum proficiant, incrementa iuuantur. Quidam hoc quod dictum est: Aperta sunt prata, & apparuerunt herbae virentes, & collecta sunt fana de montibus: agni ad vestimentum tuum, & hædi ad agri pretium: ita exposuit: Aperta sunt monumenta, apparuerunt corpora rediua: sequestrati sunt peccatores à sanctis: fenum ad comburendum de locis excelsis. Sequestrati sunt agri ad dexteram, hædi ad sinistram: agni ad vestimentum regis, quia ipse dixit: Inhabitabo in eis. Hædi pro pretio sanctorum, quibus nocuerunt, ignibus venundantur.

#### CAPVT XXXVIII.

Figit impius nemine persequente: m. Iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Propter peccata terræ multi principes ei, & propter hominis sapientiam & horum scientiarum quam dicuntur, vita ducis longior erit. Vir pauper calunians pauperes, similis est imbris vehementi in quo paratur fames. Qui derelinquit legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum. n. Viri mali non cogitant iudicium: qui autem requirunt dominum, animaduertunt omnia. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quam diu in prauis itineribus. Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem pascit comedatores, confundit patrem suum. Qui coaceruat diuitias vulturis & fœnore liberali, in pauperes congregat eas. Qui declinat aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit excrabilis. o. Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corrugat, & simplices possebunt bona eius. Sapiens sibi videtur vir diues: pauper

comparatur: quia contra se cum quolibet insurgere suspicit, ad mentis suæ confidentiam reddit, & scit quia cunctos aduersantes superat: quia illum solum diligit, quem inuitus nullo modo amittit.

p. ¶ Viri mali non cogitant iudicium, &c.] Omnia animaduertunt electi, hoc est, & futurum esse discrimen vniuersalis iudicij, & quibus operibus requies, quibus pena retrubatur aeterna.

o. ¶ Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corrugat, & simplices possebunt bona eius, &c.] Qui per doctrinam haereticam decipit amatores iustitiae ut a veritate deuident, ipse quidem pro malis suis penam quam meretur, incurrit: bona aetem si qua gerebat, vel utilia scribendo, vel continenter vivendo, alijs in adiutorium edunt: eis nimurum qui haec legentes

Matt. 21. d

Matt. 21. f

Matt. 21. g

Matt. 21. h

Matt. 21. i

Matt. 21. j

Matt. 21. k

Matt. 21. l

Matt. 21. m

Matt. 21. n

Matt. 21. o

Matt. 21. p

Matt. 21. r

Matt. 21. s

Matt. 21. t

Matt. 21. u

Matt. 21. v

Matt. 21. w

Matt. 21. x

Matt. 21. y

Matt. 21. z

Matt. 21. aa

Matt. 21. bb

Matt. 21. cc

Matt. 21. dd

Matt. 21. ee

Matt. 21. ff

Matt. 21. gg

Matt. 21. hh

Matt. 21. ii

Matt. 21. jj

Matt. 21. kk

Matt. 21. ll

Matt. 21. mm

Matt. 21. nn

Matt. 21. oo

Matt. 21. pp

Matt. 21. rr

Matt. 21. ss

Matt. 21. tt

Matt. 21. uu

Matt. 21. vv

Matt. 21. ww

Matt. 21. xx

Matt. 21. yy

Matt. 21. zz

Matt. 21. aa

Matt. 21. bb

Matt. 21. cc

Matt. 21. dd

Matt. 21. ee

Matt. 21. ff

Matt. 21. gg

Matt. 21. hh

Matt. 21. ii

Matt. 21. jj

Matt. 21. kk

Matt. 21. ll

Matt. 21. mm

Matt. 21. nn

Matt. 21. oo

Matt. 21. pp

Matt. 21. rr

Matt. 21. ss

Matt. 21. tt

Matt. 21. uu

Matt. 21. vv

Matt. 21. ww

Matt. 21. xx

Matt. 21. yy

Matt. 21. zz

Matt. 21. aa

Matt. 21. bb

Matt. 21. cc

Matt. 21. dd

Matt. 21. ee

Matt. 21. ff

Matt. 21. gg

Matt. 21. hh

Matt. 21. ii

Matt. 21. jj

Matt. 21. kk

Matt. 21. ll

Matt. 21. mm

Matt. 21. nn

Matt. 21. oo

Matt. 21. pp

Matt. 21. rr

Matt. 21. ss

Matt. 21. tt

Matt. 21. uu

Matt. 21. vv

Matt. 21. ww

Matt. 21. xx

Matt. 21. yy

Matt. 21. zz

Matt. 21. aa

Matt. 21. bb

Matt. 21. cc

Matt. 21. dd

Matt. 21. ee

Matt. 21. ff

Matt. 21. gg

Matt. 21. hh

Matt. 21. ii

Matt. 21. jj

Matt. 21. kk

Matt. 21. ll

Matt. 21. mm

Matt. 21. nn

Matt. 21. oo

Matt. 21. pp

Matt. 21. rr

Matt. 21. ss

Matt. 21. tt

Matt. 21. uu

Matt. 21. vv

Matt. 21. ww

Matt. 21. xx

Matt. 21. yy

Matt. 21. zz

Matt. 21. aa

Matt. 21. bb

Matt. 21. cc

Matt. 21. dd

Matt. 21. ee

Matt. 21. ff

Matt. 21. gg

Matt. 21. hh

Matt. 21. ii

Matt. 21. jj

Matt. 21. kk

Matt. 21. ll

Matt. 21. mm

Matt. 21. nn

Matt. 21. oo

Matt. 21. pp

Matt. 21. rr

Matt. 21. ss

Matt. 21. tt

Matt. 21. uu

Matt. 21. vv

Matt. 21. ww

Matt. 21. xx

Matt. 21. yy

Matt. 21. zz

Matt. 21. aa

Matt. 21. bb

Matt. 21. cc

Matt. 21. dd

Matt. 21. ee

Matt. 21. ff

Matt. 21. gg

Matt. 21. hh

Matt. 21. ii

Matt. 21. jj

Matt. 21. kk

Matt. 21. ll

Matt. 21. mm

Matt. 21. nn

Matt. 21. oo

Matt. 21. pp

Matt. 21. rr

Matt. 21. ss

Matt. 21. tt

Matt. 21. uu

Matt. 21. vv

Matt. 21. ww

Matt. 21. xx

Matt. 21. yy

Matt. 21. zz

Matt. 21. aa

Matt. 21. bb

Matt. 21. cc

Matt. 21. dd

Matt. 21. ee

Matt. 21. ff

Matt. 21. gg

Matt. 21. hh

Matt. 21. ii

Matt. 21. jj

Matt. 21. kk

Matt. 21. ll

Matt. 21. mm

Matt. 21. nn

Matt. 21. oo

Matt. 21. pp

Matt. 21. rr

Matt. 21. ss

Matt. 21. tt

Matt. 21. uu

Matt. 21. vv

Matt. 21. ww

Matt. 21. xx

Matt. 21. yy

Matt. 21. zz

Matt. 21. aa

Matt. 21. bb

E legentes sive audientes, exempla sibi salutis etiam ab eo quem perisse norunt, assumunt.

a ¶ In exultatione iustorum multa gloria est. Quia videlicet non de presentibus diuitiis, sed de aeternis in futuro bonis exultat: non de rebus mundi quae videntur, sed de creatore mundi, cuius visionem sperant, latentur, dicente psalmographo: Letamini in Domino, & exultate iusti. Vel certe in exultatione iustorum multa sit gloria: quia quotiens electos in hac vita pro euentibus. Ecclesia prosperis exultare cogit, multa Domino gloria ex plurimorum fide ac pietatis operibus datur.

b ¶ Regnabit impii, ruina hominum. Qui abscondit scelera sua, non dirigeretur: quia autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Sicut multi gloriam Deo dare incipiunt, cum iustos in profectu virtutum gaudere cōspiciunt: ita quotiens reprobi regnum tenent, multos sive perfidae complices exhibent. Quod & de paganis & haereticis, & de malis catholicis recte potest accipi.

c ¶ Beatus homo qui semper est pauperrimus: qui vero mentis est durus, corruerit in malum. Sequuntur ira iudicij, tantum tunc distinctione portabatur, quando nunc inter culpas minimas timetur. Vnde alibi scriptum est: In die bonorum ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum. Sic ergo contra iungenda sunt, utrumque ex altero fulciatur.

d ¶ Leo rugiens, & vultus esuriens, princeps impius super populum pauperem, &c. Et de principib. paginis, & de hereticis potest intelligi: qui populi pauperis, id est, sanctae Ecclesiae, vel patientiam, vel sapientiam, ferina saepè fauina tentant.

e ¶ Hominem qui caluniat anima sanguinem: si usq; ad lacum fugierit, nemo sustinet, &c. Siue terrâ agri, sive certam corporisculi qui exercet, saturabitur: ille frumento, ille virtutibus: qui vtraq; spernit, replebitur regestate.

f ¶ Vir qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egestas superueniat ei. Qui corrigit hominem, gratiam postea inueniet apud eum, magis quam ille qui per linguë blandimenta decipit. Qui subtrahit aliquid a patre suo & a matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidæ est. Qui se iactat & dilatat, iurgia coicit: qui vero sperat in Domino, saluabitur. Qui cōfudit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse laudabitur. Qui dat pauperi, non indigebit: qui despiciit deprecatem, sustinebit penuriam. Cū surrexerint impii, abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti. Viro qui corripiunt dura ceruce contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. In multiplicatione iustorum latabitur vulgus: cum impij sumpserint principatum, gemet populus. Vir qui amat sapientiam, laetificat patrem suum: qui autem nutrit scortum, perdet substantiam. Rex iustus erigeret terram, vir auarus destrueret eam.

## CAPVT XXIX.

Homo qui blandis fictisq; sermonib. loquitur amico suo, rete expandit gressib. eius.

i Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabitur atque gaudebit. Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam. Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes vero auertunt furorem. k Vir sapiens, si cum stulto cōtenderit, sive irascatur, sive rideat, non inueniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem querunt animam eius. l Totum spiritum suum profert stultus: m Sapiens autem differt, & reseruat in posterum. Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.

Pau-

libet peruerso dicitur: Reficiet homines, & dicet, peccavi. Quod est aperte dicere: Respicet eos quinaturam humanae creationis recte custodiunt, & se peccando iumentis assimilatos esse cognoscunt. Patet ergo sensus: quia feruente impiorum

Hieron. Tom. 8.

pious: sapiens autem dispensat per partes: quia nimis ruitus ad ultionem sui fratrum perturbatione succendit: sapiens autem paulatim eam maturitate consilij ac moderationis extenuat & expellit.

H

a ¶ Pauper

G  
Matt. 10. c.  
Prov. 19. d.

persecutione, abscondentur sepe fideles: vel non ausi, vel non permitti ad publicum procedere, dicente Domino: Si vos perfecuti fuerint in civitate ista, fugite ad aliam. Vbi autem perditis auctoribus persecutio cesauerit, augustinus post presul ras fidelium gloria clarescit. Sed & infidelium plurimi via infidelitatis damnatione fidei gratia suscipient: iuxta id quod scriptum est: Pestilente flagellatio, sapienter erit parvulus.

## CAPVT XXIX.

Homo qui blandis fictisq; sermonib. loquitur amico suo, prolixum laudat, illi quidem parat infidias, quibus periculum incauti operis aut verbi securior factus incidat. Sed videamus utrum retia fraudulentia eū, cuius gressibus expanduntur, an potius illum, a quo expanduntur, inuoluant. Sequitur.

i ¶ Peccantem virum iniquum involuet laqueus, & iustus laudabitur atque gaudebit. Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam. Homines pestilentes, &c. Non ergo iusto laqueus peccantium, etiam si corporaliter perimat, nocet: ipsos autem reprobos infidia, quas proximis patant, in perpetuum dannant, gaudentibus iustis, ac rectum conditoris iudicium laudantibus, vel de sua erexitio, vel de perditione prauorum. Denique clausulam prioris versiculi, antiqua editio manifeste posuit: Retia circundat suis pedibus. Ex ambiguo enim Graeco, quod est *απειθαντα*, utrumque interpretari potest. Nam qui sedit foream proximo suo, incident in eam ipse, ut alibi dictum est.

k ¶ Vir sapiens, &c. Doctor sapiens, si cum infideli & contumaci contendit, sive tormenta reproborum, sive gaudia narrat bonorum, frustra erga infestatum laborat: siue lamēta penitentiae suadeat, seu bona operationis qua sint præmia dicat, non auditur a stulto. Hinc & Apostoli Iudei dicebant: Lamētanum vobis, & non planificis: cecinimus vobis, & non saltatis.

Matt. 10. b.

l ¶ Totum spiritum suum profert stultus. Impatientia impellente agitur, vt totus foras spiritus proferatur. Quem idcirco citius perturbatio ejicit: quia nulla interior disciplina sapientiae circumcludit.

m ¶ Sapiens autem differt, &c. Læsus enim in prefensi, se vici sci non desiderat: quia etiam tolerans parci optat, sed tamen vindicari omnia extremo iudicio non ignorat. Hunc locum antiqua translatio sic habet:

Totam iram suam profert immoderata, non invenit requiem. Viri sanguinum

- E** a. ¶ Pauper & creditor obuiauerunt sibi, &c.] Pauper est humilis verbi Dei auditor: creditor autem, qui ei verbi eiusdem pecuniam praedicando committit. Qui obuiant sibi, cum in vnam eandemque pietatis gratiam conueniant. Et vtriusque illuminator est Dominus: quia neq; illæ sine diuinæ munere pietatis prædicare, nec ille potuit credere. Veridica namque maner veritatis sententia, que dicit: *Qui siue me nihil potest facere.*
- Ioh. 15. a.** b. ¶ Rex qui iudicat pauperes in veritate, &c.] Et psalmista de Christo rege: *Sedet tu Deus in seculum seculi, virga aequitatis, verga regni tui.*
- Psal. 44. b.** c. ¶ Virga atque correctio tribuet sapientiam, &c.] De hac virga Apostolus ad Corinthios ait: *An vultus in virga ventum ad vos, an in spiritu manuetudinis?* Puer namque quem frequentissime corripiendum & erudiendum admonet, populus Dei est, qui si non assiduis monitis & in crepitationibus facerdotum fuerit castigatus, confusione generata ecclesia, derahabetibus his qui foris sunt religioni fidei Christianæ. Vnde rete subiungitur.
- e. Cor. 4. d.** d. ¶ Cum prophetia defecerit, &c.] Qui nimur cœlestis fæderalis eruditio, soluerit coniuncta disciplina diuinæ legis, qua populus ad beatitudinis premia pertingere debuerat.
- F** e. ¶ Seruus verbis non potest eridiri, &c.] Seruus est quilibet peccator: recte quidem intelligens, sed in opere veritatis absq; flagelli disciplina respondere contemnens. De talibus ait veritas: Seruus sciens voluntatem Domini sicut, & non faciens, dignè plagi vapillabit multis.
- Luc. 12. f.** f. ¶ Vidisti hominem velocem ad loquendum, &c.] Graue quidem vitium stultitiae, sed non leuius est verbositatis. Nam sepe contingit ut idiota aliquis, & ipsarum quoque nescius literarum ciuitus verba salutifera correptionis accipiat, quam is qui affluentia prædictus sermonis, magis sua quæ nouit, vel quæ se nosse autem, iactanter proferre, quam dicta sapientium audire contendit.
- g. ¶ Qui delicatè à pueritia, &c.] Qui delicatè à pueritia nutrit corpus suum, quod animo debuerat subiugare: is vbi ad annos adolescentia peruenit, lasciviosum hoc & indomabile tentiet. Hunc versiculos alia translatio pulchrit habet: *Qui deliciatur à pueritia, seruus erit, nouissime autem contristabitur.* Namque ferò malorum penitent, qui le meminit noluisse in tenera adhuc ætate à suis voluppatibus ad regulam contine-re prudentem.
- Psal. 49. b.** h. ¶ Vir iracundus, &c.] Janua vitorum omnium, iracundia est: qua clausa, virtutibus intinclus dabitur quies, aperta vero ad omne facinus armabitur animus.
- i. ¶ Qui cum fure, &c.] Auditorem suum sapientia non solùm à peccatis abstinere, sed à peccantium se contubernio docet cohibere, ne forte à districto iudice mereatur audire: *Sivebus furem, famul currelbam cum eo, & cum adulterio, portionem tuam ponebas.* Non enim per solum modum, sed etiamille reuertetur, qui cōscius furti, quærenti possessori pecuniam qui perdidit, non vult indicare cum valer. Verum ne quis cauetur metu se personæ potentioris, neque à furum consortio separari: neque prodere posse quod nouit, apte subditur.
- k. ¶ Qui timet Dominum, citò corrueit: qui sperat in Domino, sublebitur. Multi requirent faciem principis, & iudicium à Domino egreditur singulorum, &c.] Cui congruit illud euangelicum: *Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere.*
- CAPUT XXX.**
- V** Erba congregantis, filij vomentis. ¶ Visio quam locutus est vir, cum quo est Deus: & qui Deo secum morante confortatus, ait. Visio, inquit, quam locutus est vir: quia quod vidit apud Deum secretaria contemplando, patefecit hominib; foras loquendo. Quisquis enim, Dei spiritu confortatur, hæc quæ sequuntur humili confortatur.
- n. ¶ Stultissimus sum virorum, &c.] Filii enim seculi huius prudentiores filii lucis in generatione sua sunt. Et apostolus: *Si quis, inquit, viderit sapientem esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens.* Et ipse de le suisque similibus, in quib; est Deus: *Nos autem predicanus Christum crucifixum, Iudeis quidem scandalum: gentibus autem stultitiam.*
- p. ¶ Non didici sapientiam, & non fandorum scientiam.] Non didicit Salomon ad homine sapientiam, sed Deo gratis offerto percepit, vt fandorum scientiam nosset. Sed & apostolus qui ait: *Nos stulti proper Christum;* ipse iterum dicit: *Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neq; principum huius seculi qui defrumentur.* p. ¶ *Quis ascendit in celum, atque descendit?* Hæc est sanctorum scientia, quæ à sapientibus faciliusstabilitur putatur: quia videlicet Dei filius in assumpta carne, post mortem & resurrectionem suam ascendit in celum, ac nostræ resurrectionis tempore descensus est de celo ad indicandos viuos, & mortuos.
- q. ¶ *Quis continuit spiritum in manibus suis?* Omnis spiritus & humanus & angelicus, & animalium & procellarum deficit, Dei potentia continetur.
- r. ¶ *Quis colligavit aquas quasi in vestimento?* De ipso etiam psalmista: *Congregans sicut in vtre aquas mari.*
- s. ¶ *Quis suscitauit omnes terminos terræ?* Terminos terræ à torpore infidelitatis, velut è somno ad credendum in se suscitauit. Et nunc omnia, quæ per orbem vivunt & crescunt, homines, animantia, germina, Dominus vt sua quæq; vita subsistant, excitat: & in die iudicij cunctum à quatuor ventis cœligenus humanum à morte suscitabit.
- t. ¶ *Quod nomen est eius: & quod nomen filii eius si nosti?* De Dei Patris & Filii nomine dicit: cuius mysterium, saecularis sapientia naturaliter scire non potest: quamus vnum esse Deum qui omnia fecerit, per ea quæ mirabiliter facta videntur, intelligere potest. Sino ita, inquit, subauditur, tu qui de tua te iactas sapientia, nostra fidei mysteria, stultitiam nuncupare præsumis?
- u. ¶ *Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se.* Hæc tota

E tota Christi Ecclesia nouit: & illi maximè sentiunt qui Deo secum morante, terrena sapientia fastum contemnunt: quia nimis omnis sermo diuinæ auctoritatis, corda electorum &igne charitatis accendit, & scientia veritatis illustrat, & vi- tiorum sordes, si quas in eis inuenierit, consumit, & ab ho-  
stis infidijs, sperantes in se, cunctisque defendit aduersis. Verum soleritis intuendum: quia proprietatem Græci sermonis, quod est *περιπολός*, Latina translatio uno verbo non explicat. Vnde aliquid igneum, aliquando igne examinatum transfertur, ut: *Ignitum elo- quium tuum vehementer*. Et: *Argen- tum igne examinatum, quod vtrumque in Græco uno verbo dici- tur περιπολός*. Et quod huic Salomonis sententiae simillimum sonat: *Eloquia Domini igne exami- nata, i.e. περιπολός*, protector est omnium sperantium in se, *περι- πολός* ergo significat, quod tanquam conflatum igne purgatum sit. Sicut enim quæcumque metalla igne confusa, fordem in se alienam atque inutilem non continent, totum quicquid in his relinet, verum & perfectum, & omni virtutum forde purgatum est, ita eloquium Dei aeternorum in se bonorum fidem te- flans. Hinc illud est Domini: *Iota vnum, aut apex vnum non prete- rit a lege, donec omnia fiant. Vera in omnia sunt, & extra omnem ambiguitatem, superfluae inani- tatis ignita.*

F a § Ne addas quicquam verbis illius: & arguaris inueniarisq; men- dax.] Non corrumptas eloquia sanctarum scripturarum: quod quidem haeretici ne his conuincerentur, fecisse no- scuntur.  
b § Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam moriar, &c.] Haec adhuc vir, cum quo est Deus, sermonis eius igne radiatus, ad ipsum Dominus conuersa voce profatur, oblecrans ne vanitatem seculi inquam vel verba mædacia, veritati cœlestium proponat scripturarum: nec rursum vel copia vel inopia transiuntur rerum, in obliuionem decidat aeternorum.

C a § Netradas serum ad dominum suum, &c.] Omnis qui faci peccatum, Ierius est peccati. Hunc serum ille domino suo tra- dit, qui quilibet delinquentem, & a prauis actionibus se conuerte volentem, sua exhortatione, vel exemplo prauæ actionis, ad id quod renuntiauerat, redire suader: quod ple- riique sacerdotes priui in Ecclesia facere consueuerunt.

D a § Generatio que patris suo maledicit, &c.] Cum superius pu- ritatem sibi vita a Domino dari peteret: conuertens subito intuimus ad contemplandam prauorum nequitiam: quantis haec in inuoluta miserijs, quam longe a veritate distet, in- sinuat. Est, inquiens, generatio nefandorum, quæ & si bona qualibet agit, perdi hæc in eo quod honorem parentibus non defert.

E a § Generatio que sibi munda videtur, &c.] De hac generatione loquitur psalmista: *Quoniam Deus disperat ossa hominum sibi pla- centium.*

F a § Generatio cuius excelsi sunt oculi & palpebra, &c.] Hu- ius confortium generationis vitabat psalmista, cum dicebat: *Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei, &c.*

G a § Generatio quapropter dentibus gladios habet, &c.] De hac psal- mista: *Fili hominum, dentes eorum arma & sagitta: & lingua eorum machera acuta.*

H a § Vt comedat inopes de terra, &c.] Ad hoc linguam armant perfecutores ecclesie, vt innocentes Christi, & humiles truci-

dent. Quod si diligenter considerare volueris, inuenies has generationes, congregations esse nequissimas Iudeorum & haeticorum. Iudeorum ergo generatio patris suo maledixit, illi videlicet qui ait: *Filius meus primogenitus Israël: quando filium eius venientem in carne negavit. Et maris sue non bene-*

*dixit, synagogæ videlicet: cuius fidei pristina, quam in patribus ac prophetis de Christo habue- rat, detraxit. Nouarianorum generatio munda sibi videtur, dicens se penitentia opus non habere: & tamē non potest mun- da esse à foribus peccatorum, quæ fontem penitentia peccati- bus veniam negando pœclu- dit. Item generatio Arianorum excelsos habet oculos, & palpe- bras super Deum erectas, inqui- rens quid fuit antea, & dicens: Si natus est, fuit tempus quando non fuit filius: vel quæ est spiri- tus sancti potestas, æqualis an inæqualis? Item generatio, que pro dentibus gladios habet, il- la est congregatio prauorum, quæ suam perfidiam etiam alijs intimate fatagit, & sicut corpora solent gladiis sterni, ita animas audientium veneno prauæ allocationis morti perpetuae subiugare contendit.*

i § *Sanguisuga due sunt filie dicen- tes: Affer, affer.] Sanguisuga, dia- bolus est, qui siti peccandi, ac peccata suadédi incessanter accen- ditur. Huic duæ sunt filiae: quia due specialiter humani ge- nericis illecebria. Hunc antiqui hostis imitantur ardorem, luxuria videlicet & pharynx, Nam & luxuria quod liberius frena laxantur, eō noxiū dele- ctatur. Et sicut quidam ait pœtarum: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crevit.*

k § *Tria sunt insatiabilia, &c.] Infernus nunquam redun- dat meretrix similiter habet, eius corpus non satiat' de- litus, & aurus nunquam dicit, sufficit. Quidam infernum interpretantur diabolum: quia insatiabilis fit seductione humana, Os vultus, & terra que non satiat' aqua, vt suprā: & i- gñem quin non dicit, sufficit: incendium gehennæ, quod nunquam definit: sed eos, qui peccatis finem ponere no- luerunt, infinito ardore comburat.*

l § *Oculum qui subsannat patrem, &c.] Peruersi dum diuina iudicia reprehendunt, subfannant patrem: & quilibet ha- retici dum prædicationem sanctæ Ecclesiæ deridendo con- temnunt, partum matris despiciunt: quia de ipso exiunt qui contra ipsam loquuntur: Ex nobis exierunt, inquit, sed non erant ex nobis. Quorum intentionem dum prædicatores catholici de scripturarum diuinarum fluentis procedentes increpan- do reuinunt, quasi oculum nefandum corui de torrentibus effodiunt, & filii aquilæ comedunt. Corui enim vocantur doctores sancti: quia per humilitatis gratiam, peccati in se nigredinem confitentur. Filii autem aquilæ, quia per grati- eum eius sunt renati, qui in habitu assumptæ humanitatis, ad cœlestia transuolant. Vnde & alibi filii sponsi appellan- tur.*

m § *Tria sunt difficultia mibi, &c.] Quantum ad historiam per- tinet, ita est, vt scriptum est: sed quia per parabolæ loquitur. Via aquilæ in celo difficile inuenitur: hoc est, subtilitas ini- mici, quæ circa cœlestium virorum corda volitat, magno cum labore deprehenditur. Similiter & via colubri supra petram, id est, altutia hostis venenati insidiar non definit eis, quos in petra fidei fundatos esse consipit. Nec non & via natu's in medio maris, hoc est, via iniquitatis, quæ per amaras sacculi huius vndas, immaundorum spirituum flatibus agitatas, tâta sublimitate discurrat, vt vel vix, vel nullatenus eius possit iter deprehendi. Nam quod aquila malignum hostem significet,*

A  
Esa. 30. b.

Ecccl. 27. a.

Ecccl. 43. c.

B

Matth. 5. f.

Psal. 70. a.  
Sec. Hebr.

Psal. 103. c.

testatur propheta, qui ait: *Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cali: id est, homines qui nos persecuti sunt, tam leui fuerunt, ut ipsi daemonibus crudeliores esse viderentur. Quod coluber diabolus sepe infinuet, & in primi hominis transgressione probatum est, & cum vir sapiens aiebat: Quasi aste- rie colubri suge peccatum.* Nauis quoque, quod levitatem defini- ligat eorum qui circumferuntur omni vento doctrinae, demonstrat propheta, qui ait: *Et Chaldaeos in navibus suis gloriavant: hoc est, immundos spiritus de fragilitate atque infabilitate mentis humanae se extollentes, & de illius ruina quasi vi- etores letantes. Sicut ergo illa tam callida sunt, ut inueniri ne- queant: sic adolescentes qui viam veritatis deserit, difficile est co- gitatu, quod se per omnes horas, & in quot cogitatione vecors vaga mente declinet.*

*a ¶ Talis est via mulieris adulterae, &c.]* Adulterae quoque mens in similitudinem eorum quae commemoravit superius, instabilis semper & vaga est, quae vbi admissum turpitudinis sua cere- late portuerit, negat se aliquid patrallse facinor. *b ¶ Quatuor sunt minima terra, &c.]* Minores videntur terra sepe iusti, quam reprobri, i.e. humiliiores, & hinc mudo abieci- ores: sed tamē sapientiores sunt sapientib. mundi, in eo quod æ- terna & celestia bona sapienti: ac pro his appetendis quæ il- li non norunt, aduersa quoq; seculi fortiter pati desiderant.

*c ¶ Formice populus infirmus, &c.]* Et Ecclesia populus, ut fortitudinem mentis custodiatur, infirmum se temporaliter ad- uerlaris leuentibus ostendit, Domino per euangelium di- cente: *Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis tepercusse- rit in dexteram maxillam, tu præbe illi & alteram.* Qui in hac vita preparat sibi fructus bonorum, quibus vitam mereatur ha- bere perennem.

*d ¶ Lepusculus plebs inualida, &c.]* Et hic plebem Ecclesia designat, quæ inualida dicitur: vel quia, ut supra diximus, suas iniurias vici scilicet ipsa non querit: vel quia suis virib. nil si- dere, sed in auxilio redemptoris sui salutem sperare didicit: & hoc est illam cubile in petra collocare, cuius praesidio ad- uersos viret incursum, Domino dicente cum psalmista: *Esto mihi in lapide fortissimum, & in domum munitam, ut salutes me: quia petra mea & munitio mea tu es.* Pro lepusculo, antiqua trâ- latio cheroglycum posuit. Est autem animal non maius hieri- cio, habens similitudinem muris & vrsi: cuius in Palestina regionibus magna est abundantia, semperque in cauernis petrarum, & terre foecis habitare consuevit. Notandumq; quod in psalmo vbi nos canimus: *Petra refugium herinacij: in quibusdam codicibus, leporibus: in quibusdam cheroglyius iuuenitur.* Sed & in hac Salomonis sententia, quedam exemplaria pro lepusculo, herinacij habent. Nam in libro Hebraeorum nominum inuenimus idem verbum Hebreum **Saphan**, in Hieremias & cheroglyium, & leporem, & hericium à sancto Hieronymo interpretatum.

*e ¶ Regem locusta non habet, &c.]* Locusta quidam gentium plebem interpretantur: quæ quandam sine rege, id est, sine Christo, sine propheta, sine doctore existens: nunc in unitate fidei congregata, ad spiritualem pugnam contra diabo- lum præparatur. Potest autem in locuta, anachoritarum concors vinitas accipi, quæ cum homine præceptore nullo in suis latibus regatur: infatigabili tamen instantia, in suis quæc; locis Christo militare, & male pullulantia carnarium voluptatum germina consuevit absuere.

*f ¶ Stellio manibus nititur, &c.]* Stellio qui manibus nititur (quia nimirus alias quibus feratur, non habet) & moratur in

ædibus regis, illorum significat humilitatem, qui cum non sint iuxta naturam ingeniosi: solertia tamen industria sua, vel ad diuinarum notitiam scripturarum, vel ad virtutum gratiam, quibus ingressum regni cœlestis mereantur, attingunt. Plurunque etenim aues, quas ad volandum pennas subleuat, in vepribus resident: & stellio qui ad volatum pen- nas non habet, nitens manibus, regni ædificium tenet: quia ni- mirum sepe ingeniosi quique dum per negligentiam torpent, in prauis actibus remanent: & simplices, quos ingenij Penna non adiuuat, ad obtinenda æterni regni mœnia, virtus ope- rationis leuat.

*g ¶ Tria sunt qui benè graduntur, &c.]* Ipse hoc loco leo ponitur, de quo scriptum est: *Vicit leo de tribu Iuda.* Qui fortissimus bestiarum dicitur: quia in illo hoc quod infirmum est Dei fortius est hominibus. *Qui ad nullius pa- uebit occursum.* Dicit. n. *Venit prin- ceps hiuus mundi, & in me non habet quicquam.* Gallus succinatus lumbos: id est, predicatoris farcti inter huius noctis tenebras, verum manè nuntiantes: quia succinati lumbis sunt: quia à membris suis luxuria fluxa restinguunt. *Et aries, nec est rex qui resistat ei.* Quem alium hoc loco arictem accipimus, nisi primum intra eccliam ordinem sacerdotum?

#### CAPVT

*De quibus scriptum est: Afferre Psal. 18. a.* *D* *Domino filios arietum.* Qui per exempla sua gradientem populum, quasi subsecuentem ouium gregem trahunt. Quib. spirituitaliter reæd: viventibus, nullus rex sufficit omnino resistere: quia quilibet persecutor obviat, intentionem eorum non valer præpedire. Et quia post hæc etiam Antichristus apparebit, hoc quartum subdit, dicens.

*h ¶ Et quis sit apparuerit, postquam eleuatus, &c.]* Ipse quippe in sublime eleuatur, cum Deum se esse mentietur: sed erectus in sublime, stultus apparebit: quia in ipsa eleuatio- ne sua per aduentum veri iudicis deficer. Quod si intelle- xisset, ori imposuit manum: id est, si supplicium suum cum superiore exorsus est, prævidisset, bene aliquando conditus in tantæ tactationem superbiæ non fuisset eleuatus. De quo nequaquam moueat, quod superius dictum est: quartum quod incedit feliciter. Tria quippe incedere bene dixit, & quartum feliciter. Non enim omne quod feliciter, bene, ne- que in hac vita omne quod benè feliciter. Nam leo, gallus & aries, benè incedunt, sed feliciter, quia persecutionum bella patiuntur. Quartum vero feliciter, & non benè incedit, quia in fallacia sua antichristus graditur, sed iuxta breve tempus vita præfensis, ipsa illi fallacia prosperatur.

*i ¶ Qui autem premit fortiter vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum. Et qui, &c.]* Vbera fortiter premissum, cum verba sacri eloquij subtili intellectu pensamus. Quia pressione dum lac quærimus, butyrum inuenimus, quia dum nutriti vel tenui intellectu quærimus, vberata eterna pinguedinis vnguium. Quod nec nimiè nec semper agendum est, ne dum lac quær- ritur ab vberibus, sanguis sequatur, quia dum verba sacri eloquij plusquam debent, discutiuntur, in carnalem intellectum cadunt. Sanguinem enim elicit, qui vehementer emulget, quia carnale efficitur hoc quod ex nimia spiritus discussione sentitur.

*k ¶ Et qui prouocat iras, producit discordias.* Quid præcedente parabola iuxta literam significari aperit, quia qui modesto sermone proximum allocutus, gratum accipit responsum, quasi de vberibus, in quibus lac quærebat, butyrum ex- primit. At qui inepto verbo iram discordiamque fraternali ex corde prouocat, quasi ultra modum emulgens vbera, san- guinem pro lacte reperit.

#### CAPVT

**V**erba Lamuelis regis: *visio qua eruditum est eum, &c.*] Lamuel interpretatur, in quo Deus, & ipse est de quo supra eodem nomine in Latinum verso dicitur: *Visio quam locutus est vir, cum quo est Deus.* Mater autem, quæ hanc eum visionem edocuit, non alia melius, quam diuina gratia intelligitur, quæ illum in corde insensibiliter erudit in telle sapientia, quam foris hominibus ipse ministraret. Quamvis & ipsa carnalis mater Salomonis hæc eum parvulus docuisse recte possit intelligi, que quidem ipse, quia sapienter dicta cognovit, operi parabolaram suarum inferere voluit. Et video recte, postquam dictum est in titulo, verba Lamuelis regis: additum est continuo, *visio qua eruditum est eum mater sua;* quia cùm in regnum ventus spiritu sapientia percipit, vidit in eodem spiritu, quam prudenter se mater bona docuerit.

b § *Quid dilecte mi: quid dilecte virieris?*] Subauditas quid tibi dicam, fili, qui de vtero meo natus, electus es in regno meo?

c § *Quid dilecte votorum meorum?*] Id est, qui electus es in hoc, quod tota devotione desiderabam.

d § *Nedederis mulieribus substantiam tuam?*] Patet literæ sensus. Sed & virtutum nostrarum substantias corruptionibus viriorum contaminare prohibemur.

e § *Et diuitias tuas ad delendos reges.*] Diuitias suas dat ad delendos reges, qui terrenis delirij hominum corda corrumperunt, ne celestia bona requirant, in quib. perpetuò possint regnare cum Domino. Delentur enim reges per diuitias, quando summi regis corpori adunati perfidem, nihilominus per illecebras scæculi merentur eradicari de terra viuentium.

f § *Noli regibus o Samuel, noli regibus dare vinum.*] Et hæc sequentia patet iuxta literam. Allegorice autem præcipit, ne vino, in quo est luxuria, inebrientur mentes fidelium, qui sunt membra regis æterni.

g § *Quia nullum secretum est, &c.*] Nihil de secretis cœlestibus cogitat, vbi regnat voluntas carnis: sed ea tantum carnales, quæ sunt visibilia, scrutantur.

h § *Ne forte bibat, & obliuiscatur iudiciorum, & mutet causam filiorum pauperis.*] Ne terrenis decebriatis illecebris, obliuiscatur pauperum Christi, qui & ipse pauper factus est pro nobis.

i § *Date siceram marentibus, &c.*] Siceram & vinum hoc loco, supernam diuinam sapientiam consolacionem dicit: que illis est exhibenda cordibus, quæ in infinitis consolari refugunt: & quicquid occurrit in praesenti, amaro sufficiunt animo: foliis, quæ nondum vident, gaudijs cœlestibus tota mente inherentes, iuxta eum qui dixit: *Negavit consolari anima mea: menor fu Dei, & delectatus sum.* Item: *Date siceram marentibus, & vinum bibere his, quæ amaro sunt animo, &c.* His qui pro pertinacitate acutum pristinorum morore atque tristitia deprimentur, spiritualis sciëtia iocunditatem velut vinum, quod levigat cor hominis, affluenter infundite, eosque salutaris verbi crapula refouete: ne forte iugitate mororis de tali desperatione demersi, abundantioris tristitia absorbeantur, qui eiusmodi sunt.

k § *Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertransirent.*] Pro causa pauperum, qui per se eloqui in iudicio non valent, ipse loquitur memento: & eos defensare curato, qui partæ cœlestis intuitu, huius vita viam oculis transire fatigunt. Alter: Os aperi muto præcipit, populo scilicet gentium, fieri verbum prædicare, qui diuinæ eloquia prius personare nesciebat, & non tantum Iudeis, sed & cunctis per orbem nationibus curam salutis impendere.

l § *Aperi os tuum: decerne quod iustum est, & iudica inopem & pauperem.*] Sicut in verbo superiori pro causa erectione

pauperis, os aperi præcipit: ita in isto ipsum pauperem vbi errauerit, iustè castigare, ac lucidare admonet. Iuxta quod Moyses ait: *Et pauperis in iudicio non misereberis.* Quod vtrumque Domitium facere insinuat, dicens: *Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguit in equitate mansuetos terra.* Hucusque verba

Lamuel: Hinc sapientissimus regum Salomon, laudes sanctæ Ecclesiæ versibus paucis, sed plenissima veritate decantat. Constat namque idem Carmen versibus viginti & duobus, iuxta ordinem videlicet ac Hebreiarum numerum literarum, ita ut singuli versus à singulis literis incipiunt: cuius ordine perfectissimo alphabeti, typicè innuitur: quæ plenissime hic vel animæ cuiusque fidelis, vel totius sanctæ Ecclesiæ, quæ ex omnibus electis animabus una perficitur catholica, virtutes ac præmia describantur. ¶ A leph, doctrina, id est, sacra scriptura.

m § *Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius.*] Mulier fortis, Ecclesia catholica vocatur. Mulier videlicet: quia spirituales Deo filios ex aqua & spiritu sancto gignere consuevit. Fortis, quia cunctæ fæculi aduersi simul & proféra pro conditoris fui fide contemnit: quam ipse in carne apparet, infirmam quidem inuenit: sed inuentione sua, hoc est, pia visitatione fortem reddidit. Vnde post eius redēptionem ad cœlos rediens, superius cœlibus gaudens aiebat: *Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, que perierat.*

Luc. 15. b.

Videns ergo Salomon genus humanum innumeris implicatum erroribus: quodque ad eum saluationem nullus patriarcha, nullus propheta, nullus omnino electorum, præter solum mediatorem Dei & hominum sufficeret, ait: *Mulierem fortem quis inueniet? procul & de vltimis finibus pretium eius.* Ac si aperte futuram Domini gloriam admirando protestetur: *Quis tanta virtus? quis talis est meriti? qui de tot incredibilis ac celestis mundi nationibus, vnam sibi electorum Ecclesiam congreget: quam sua gratia fortem atque insuperabilem aduersantibus cunctis efficiat?* Non hic certè nostri similes, non nostro est tempore venturus, sed in fine sæculorum est de celo Deus homo descensus, qui nos sum passione ac morte redimat. Hoc est enim quod ait: *Procul & de vltimis finibus pretium eius.* Procul videlicet statu temporis, quod à diebus Salomonis usque ad partum Virginis intererat. De vltimis autem finibus: *Quia à summo celo egredio eius: qui non aliud pro nostra redēptione pretium, quæcumque ipsum obluit.* Vnde Apostolus: *Qui dilexit, inquit, nos, & tradidit semet ipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.*

Psalm. 18. b.

Quamvis & ita recte possit intelligi, pretium sanctæ Ecclesia procul positum fuisse: quia incarnatione verbi Dei, conuersatio inter homines, passio ac resurrectio longè à nostræ esse naturæ conditione discreta: quoniam videlicet ille, & quando voluit, de qua voluit matre natus est, & sine peccato vixit in mundo: & quando voluit, & qua voluit morte, discessit à mundo, tempusque resurrectionis & ascensionis suæ in pœnitentia habuit, & cætera huiusmodi: in quibus tam procul est à nobis, quæcumque cœlum distat à terra. Quia vero Ecclesiam, quam redemit Dominus, non solùm verbum salutis suscipere, sed & constanter pro illo certare, & hoc ipsum per mundum prædicare donavit, meritò subiungitur. ¶ Beth, domus, hoc est, ecclesia.

Galat. 2. 2.

n § *Confidit in ea cor viris sui, & sibi non indigebit.*] Virum sanctæ Ecclesiæ, Dominum ac redemptorem eius, qui etiam pretium eius fieri dignatus est, dicit. Vnde Apostolus credentibus ait: *Despondeniam vos nū viro, virginem castam exhibere Christo.* Quod ergo dicitur: Confidit in ea cor viri lui: ab humana nimis curam consuetudine tractum est. Sicut enim is, qui fortè fidemque & castam habet coniugem, confidit

Cor. 11. 16.

- E** in ea certissimè: quia nil contra suam voluntatem agere, nulla adulterina saltē cogitatione possit contaminari; cū &a pro suo amore etiam aduersa libenter tolerat, & quos cuncte valet ad suam amicitiam conuerte desiderat: sic nimirum, sic Dominus & redemptor noster in Ecclesia confidit. Nuit enim spiritum gratiæ, quem dedit: nouit virtutem charitatis, quam eius precordijs infudit. Ideoque non dubitat cam non solum à lata fidei integritate nequaquam posse corrumphi, sed etiam perseveranter infistere, ut plures ad ciudem fideli congreget unitatem. Hoc est enim quod sequitur. Et spolijs non indigebit. Spolijs enim diabolū ecclesia, cūm per predicatores suos, eos quos ipse decepserat, ad veritatis iter reuocat. Et benē dicitur: *Et spolijs non indigebit: quia nunquam cessabit ecclesia liberatas a diabolica fraude animas Christi fidei restituere: donec completo mundi cursu, suorum quoque præfinita compleatus summa membrorum.* Verūm, quia quidquid boni sancta Ecclesia, vel anima quaque fidelis agit, hoc defuper accipit, rectè subditur: **ל** Gimel, plenitudo, id est, legis.
- a** *Reddet ei bonum, & non malum omnibus diebus vita sua.*] Reddet quippe anima Christi bonum, cūm perceptis ab eovit munib⁹ recte vivendo responderet: cūm ea quæ ipsa scire vel facere ab illo adiuta potuit, etiam alijs intimare satagit. Benē autem cūm dixisset, reddet ei bonum, protinus addidit, & non malum: quia sunt profecti qui acceptis à Domino bonis mala rependunt: vel fidei mysteria, qui percepunt, heretica fecerādā: vel fidem, quam professione seruant, prauis operibus blasphemando: vel mores bonos, quibus cum fide recte defuerunt, per colloquia mala corrumpendo. Sed nec illi bona, quæ accepérunt, Domino reddunt: qui non in his, quæ benē inchoant, vsque ad finem vitæ præsentis perseuerant curant. Vnde meritò cūm dixisset, reddet ei bonum, & non malum, vt perseuerantib⁹ boni necessariam demonstraret, adiunxit: omnibus diebus vita sua. Cui simile est illud evangelicum: *Seruamus illi in sanctitate & in fide coram ipso omnibus diebus nostris. Quibus sanè operibus, quib⁹ iustitia vel sanctitatis fructib⁹, potissimum sit insitendum, ei qui bonum quod accepit à Domino gratis, redere satagit, subsequenter insinuat, cūm dicatur: נ ד leth, tabularum, hoc est, veteri testamento.*
- b** *Quæsivit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum.*] Huius principium versiculi, fortis mulier, hoc est, sancta Ecclesia, etiam iuxta literam accipere & obseruare consuevit, iuxta illud propheticum: *Cum videris nudum, operieum, & carnem tuam ne despesceris.* Operatur autem non superuacuo & cœco labore, sed eo utique consilio, ut ab ipso suo vero Domino, videlicet Christo in iudicio mereatur audire: *Nudus fuī, & operiūst̄ me, & quādū sc̄ficiū vni de his minimis meis, mihi fecisti.* Operatur autem consilio manuum suarum, hoc est, earū peronarum, per quas elemosynam pauperibus tribuit: in quorum opere deuoto, illi saluberrimo virutis consilio, vt cum dispergit & dat pauperibus, non ipsa ab hominibus laudetur ad tempus: sed vt infinita eius maneat in sacerulum saceruli, & cornu eius exaltetur in gloria. Possunt autem mysticè in lana, quæ ouinus est habitus, omnia pietatis & simplicitatis opera, quæ proximis impendimus, accipi. Potest in lino, quod ex terra virens oritur, sed longo ac multiplice exercitio amittit humorem natuum, atque ad gratiam noui cädoris peruenit, castigatio nostra carnis intimari: cuius dum ingenitas viriorum fortes per continentiam exequimus, dignam profectō eam, qua Christū induamus, efficiimus, iuxta illud Apostoli: *Quotquot ergo in Christo baptizati es, Christum induisti.* Quarit ergo mulier fortis lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum, cūm Ecclesia sancta sollicitè perquirit, quibus se pietatis fructibus exerceat, quomodo a carnalibus emundet illecebris. Et hoc utrumque consilio prudentissimo, hoc est, superna solummodo retributionis facit intuitu, cuius retribu-
- tionis sequens quoque versiculus apertū meminit, dum subauditur.
- c** *Facta est quasi nauis infitoris, de longe portans panem suum.*] Infitoris negotiatorem dicit: qui pro eo sic vocatur ab antiquis, quod acquirendis multiplicandisq; mercibus sedulus infistat. Facta est ergo fortis mulier, quasi nauis infitoris: quia sicut nauis infitoris omnibus mercimonij, que in sua patria magis abundat, porrō per mare petit peregrina, ut illic venedit quæ attulerat, cariora ad domum reportet. Sic nimirum sancta Ecclesia, sic anima quæ perfecita, virtutū diuitijs gaudet onustari, quibus maiora diuine gratiae dona meretur. Optimū est namque commercium, cum bona quae valemus operantes, primò hanc à Domino mercedem recipimus, vt ad maiora semper agenda proficiamus: dehinc vitam percipiam⁹ sempiternam. Facta est ergo anima sancta, quasi nauis infitoris, qui transit desiderio fluctus saceruli præstantis: solaq; in celis accipere sperat æternā gaudia, & pro his abundantiā adipiscendis, quidquid valet infanterā agere, quidquid aduerlum occurrit, fortiter superare cōtendit. De qua recte dicitur: *Quia de longe portat panem suum, quia in cunctis quæ temporaliter bona agit, æternam solummodo retributionem expectat, solam viui panis saturitatem desiderat;* et nimirum, qui suis auditoribus piē potenterq; promittit: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati es⁹: & ego reficiam vos.* At contra in proximo paneum suum recipit, & non hunc de longe trans maria portat, qui in eo quod iuste vivere videatur, humanitatum favoris præmia expicit: neq; vlo vite permanentis intuitu, ea quæ in imis labuntur, superare & calcare satagit. De qualibus ipse terribiliter tonat: *Amen dico vobis, recepimus mercedem fratrum.*
- d** *Et de nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.*] Sicut totus labentis saceruli cursus perennis dici ac noctis alteratione variatur, & dies quidam ad operandū, nox ad quiescendum generaliter condita est: sic totum præfentis Ecclesiæ tempus, gemino quadam quietis & operis statu discernitur. Quasi n.o nocte quiescit, cūm aliqui fidelium eius, intermisca ad tempus sollicitudine externa, sibi metet vacare, sc̄que ipsos spiritualiter incipiunt curare: vel lectiōnibus vel dicēt, vel orationibus ac lacrymis sele, vel alij huiusmodi studijs secretiū exercendo. Surgit autem denece, cūm in eisdem suis fidelibus ad agendam etiam proximorum curam se sollicitè accingit. Quod fraterū administrationis opus duobus modis exercere conuicit: quia & eos, qui foris errabant, ad fidei gratiam conuocat: & illos, qui fidei sacramentis iam sunt imbuti, vt bonis operib⁹ amplius infestant, excitare non definit. Vnde benē dicitur: *Deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.* Dat namque prædam domesticis suis, cūm eos quos ab antiquo hoste decendo eripere potuit, societati illorum, qui in fide præcessere, conciliat. Dat & ancillis cibaria, cūm humiles quosque & debito timore sua iussa seruant, ne pio labore lassifient, supernæ mercedis commemoratione reficit.
- e** *Considerauit agrum, & emi eum: de fructu manuum suarum plantauit vineam.*] Agrum dicit possessione superne hæreditatis: de qua benedicens filium patriarcha loquitur: *Eccō odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Domin⁹.* Odor quippe sacerdotum est sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus: quia tota mentis intentione contentur, quæ sit plenitudo benedictionis in patria regni cœlestis. Considerauit ergo Ecclesia agrum, & emi eum: quia studiosè didicit quæ sunt gaudia vita perennis: & pro corum perceptione quidquid potuit, labore contendit.
- Quia etiam de fructu manuum suarum plantauit vineam: quia de fructiferis fidelium suorum factis sue verbis, Scripturam sanctam condidit, per quam mentes audientium in fide & dilectione deebricaret sui redemptoris. Nec abs esse credimus, si vineæ nomine ipsam Ecclesiam, quæ per misericordiam suam est designata, sentiamus esse figuratam: & eos esse

E esse propagines vineæ, qui sunt filii mulieris. Mulier autem vineam plantauit, cum ecclesia primitiva latius per orbem missis prædicatoribus fidei semina dispersit. Consideravit namque agrum, cum orbem vniuersum vitiorum spineris hortentem, cultore spirituali opus habere perspexit. Emit vero eum, cum missis vbiique doctribus, talentum verbi audientibus cœlulit, ut eos credentes felicissimo Christi mäcipati subderet. Plantauit autem in codice agro vineam, cum in nonis credentium populis ecclesiam plena euangelica veritatis insitutione firmauit. Quam quidem vineam de fructu manuum suarum plantauit: quia non solum verbo instruebat Apostoli Apololorum quæ succelfores populos quos eruditabant: verum & in testimonium bona operatiois, miraculorum quoq; signa verbis doctrinae iungebat. Sed & vsque hodie, imò vsque ad finem seculi, mulier fortis considerat agrum, & emit eum, ac de fructu manuum suarum plantat vineam: quia sancta ecclesia semper sollicite perquisit, quos ad fidem conuertere posuit: & quoscumque dociles inuenire, hos data verbi pecunia in seruitum Christi emit, atque in eis vineam Christi plantare, vel potius eos vineam Christi facere satagit. Et quia, qui alterum docere desiderat, primò ipse & à malis abstinet, & bonis se debet actibus exercere, rectè subiungitur.

F **a** [Accinxit fortitudine lumbos suos, & robورauit brachium suum.] Accinxit ergo ecclesia lumbos suos fortitudine, cum supernorum delitioris intenta, carnalibus illecebris succumbere despexit. Roborauit brachium suum, cum se ad agenda virtutum opera preparauit. Et benè primò lumbos fortitudine accingere, ac postmodum roborare brachium dicitur: quia nimis actionis boni operis acceptabilis esse Domino minimè valer, si non fluxa luxuria quis prius à carne simil & mente restringat. Vnde prophetæ: *Quiescere, inquit, agere per veræ: dicitur benefacere.* Et Dominus ipse: *Sunt lumbi vesti præcincti, & lucernæ ardentes.* Lumbi videlicet præcincti, ne luxuria subdami. Lucernæ vero ardentes, ut bonis fulgeatis operibus.

**b** [Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio, &c.] Quod ait, negotiatio eius: agri utique significauit illius, de quo supra ait: *Considerauit agrum, & emit eum.* Gustauit igitur ecclesia sancta, gustauit quoq; anima perfecta, id est, intimo mentis desiderio cognonit, quia bona est negotiatio vita immortabilis, quam reliquias illecebris temporalibus, eternam meretur in celis. Gustauit autem, id est, aperte didicit: quia bonum est per instantiam prædicandi quosunque valer ad viam veritatis adducere: atque ideo nullis tribulationum tenebris, nec ipsa morte, potest lucerna deuotionis eius extingui. Eorum namque lucerna nocte extinguitur, quamvis in die videatur ardere, qui sicut Dominus ait: *ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Sed & illorum nocte media extinguitur lucerna, qui veniente iudice oleum charitatis suis præcordiorum suorum non habuisse probantur: dum perditio falsarum rumore virtutum, vera tenebriorum luum tormenta factorum. Quod si noitem hoc loco pro quiete volumus accipere, iuxta quod suprà dicitur: *Et de nocte surrexit, id est, ad operandum se post quietem præparauit, aperte dicitur, quod lucerna sancta ecclesia non extinguitur in nocte: quia & cum à negotio quiescit actionis, vacat liberius luci superne contemplationis.* Cumque à publicis cœffat operibus, curat se ardentius, vel auditu sanctæ electionis, vel laudibus mancipare diuinis, iuxta exemplum videlicet mulieris industriae, quæ non solum interdui necessarijs solet instare laboribus, sed & nocte saepius accenso lumine lucernæ, parilem rei familiaris agere curam.

**c** [Manum suam misit ad fortia, & digitis eius apprehenderunt fūsum.] Fortia dicitur perfectæ in Christi charitate opera: quibus gaudens ecclesia, certa supernæ retributionis expectatio ne subdit. Verbi gratia: *Audisti quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dixi vobis: Diligite inimicos vestros: benefacite hi qui oderunt vos, &c.*

Hieron. Tom. 8.

H 4

Et de virginitate seruanda. Qui potest capere, capiat. Et de communi diuitijs inquit, *Si perfectus vis esse, vade, vende que habes, & da pauperibus, &c.* Nam populus synagogæ, cui dictum est: *Si volueritis, & audiueritis me, bona terra comedetis, tantò infirmior erit in opere iustitiae, quanto minus spe perpetua remuneratio erit.* At ecclesia, quæ audit a Domino: *Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum,* meritò pro huic rei perceptione, dura quoq; longanimitate suffert. Unde rursum de eius fortitudine dicit: *Regnum celorum vim patitur, & violenti rapient illud.* Et digitis, inquit, eius apprehenderunt fūsum. Solent feminae nentes fūsum in dextera, colum tenere in sinistra, in colo enim lana inuoluta est, quæ filo ducenta & nenda, transcat in fūsum. Sepe autem in scripturis dextera, vitam perpetuam, laeta, præsentia Dei dona significat, opulentiam videlicet rerum, pacem temporum, solitatem corporum, scientiam quoq; scripturarum, & cœlestium perceptionem sacramentorum, hæc & iusmodi bona, cum Domino largiente perceperimus, quasi lanam colo inuolutam in laua gestamus. At cum ea pro amore cœlestium salubriter exercere incipiimus, iam lanam agni immaculati de colo in fūsum, de laua in dexteram trahimus, quia de donis nostri redemptoris, de exemplis operum eius, stolam nobis gloriæ cœlestis ac vestem charitatis nuptiale facimus. Digitis namque, quibus apprehendere fūsum dicitur, ipsam intentionem discretionis, qua quisque operatur, inuincit, ea nimur ratione, quia nulla corporis nostri membra pluribus sunt distincta articulis ac flexibus apta quam digiti. Quicunque ergo veraciter dicere cum Apostolo potest, *Nostra autem conuersatio in celis est, unde etiam Salvatorem expœctamus Dominum nostrum Iesum Christum,* huius profecto digitis dextræ apprehenderunt fūsum, quia discretione sedula pro aeternis bonis laborare didicit. Et benè dicitur, apprehenderunt, ut viuaciū commendetur, quanto studio, quanta festinatione in huius vita incerto, pro certis apud Dominum præmis agere debeamus. Quid autem mulier fortis, id est, ecclesia sancta vel anima quoq; perfecta per fūsum intellectualem sit operata, sublequerent aperitur.

**d** [Manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem.] Quod & de pauperibus eleemosynarum, quæ generaliter fiunt in pauperes, accipi potest: fed melius de verbo Dei, quod alimento salutis animabus confert, intelligitur: de quo beatus Job gloriatur, dicens: *Injustitia induitus sum, & vestiui mesicut vestimento, & diademate iudicio meo.* Aperuit autem ecclesia manum inopi: cum mysteria fidei ignorantibus per operarios veritatis reuelauit. Palmas extendit ad pauperem, cum longè latèque prædictores ad imbuedendas aeternæ salutis indigenas nationes dispergit.

**e** [Non timebit domus sue à frigoribus niuis.] Frigori niuis, corda sunt reproborum perfidia sua torpore rigentia, de quib; ait Dominus: *Et quoniam abundabit iniurias, refrigerescet charitas multorum.* Quæ illa utique niue pessime deprimitur, quæ ob primæ superbie meritum de celo corruens in profunda tenebrarum, nihilominus se velut angelum lucis adhuc stultis ostentare præsumit, habitumq; meritorum suorum candori niteo similem, fraudum suarum nesciis præfert. Quod quidem Domini & angelorum eius est proprium, in habitu niueo claritatem sua designare virtutis. Non timebit autem ecclesia domui sua à frigoribus memorata niuis: quia Domino pollicente credit, quod portæ inferti non præualebunt aduersus eam.

**f** [Omnis enim domestici eius vestiti sunt duplices.] Et sapientia videlicet, ad repellendas haereticas falsorum fratum doctrinas, & patientia, ad tolerandas apertorum hostium pugnas. Vel certe, vestiti sunt duplices: quia promissionem habent vitæ, quæ nunc est, & future. Nunc in peregrinatione temporali, diuino auxilio ne deficiant adiuti: tunc in patriæ perpetis habitatione diuinæ gratiæ visione, ut felices semper

G  
Ibid. 19. b.  
Matt. 19. c.

Eph. 6. 6.

Matt. 3. a.

Matt. 11. b.

Phil. 3. d.

H

Iob. 29. c.

Matt. 24. a.

Matt. 16. e.

vianit

**A** viuant alleuati. Item domestici eius induit vesti sunt dupli-  
ci: una operis; altera mentis, fidei habentes factorumq; ve-  
lamina, sacramentis videlicet sui redemptoris imbuti & in-  
formati exemplis. Sic enim fit illud Apostoli: *Quicunque in  
Christo baptizatus Christum induit.* Possunt autem frigora  
nius etiam tormenta aeterna in-

Gal 3. d.

Luc 13. f.

Iob 24. e.

Matt 22. l

Psal 44. c

B

Apoc 19. a

Matt 25. c

Ibid. 19. d

ci: vna operis; altera mentis, fidei habentes factorumq; ve-  
lamina, sacramentis videlicet sui redemptoris imbuti & in-  
formati exemplis. Sic enim fit illud Apostoli: *Quicunque in  
Christo baptizatus Christum induit.* Possunt autem frigora

nius etiam tormenta aeterna in-

telligi, quæ igne & frigore mix-  
ta esse legimus, cum dicatur: *ibi  
erit flatus & fridor dentium.* Fle-  
tum quippe oculis, ignis & fu-  
mus: fridorem vero dentibus  
solet frigus gignere. Vnde &  
beatus Iob de pœnis reprobo-  
rum loquens aeternis. *Ad calo-  
rem, inquit, nimum, transibunt ab  
aquis niuum.* Sed ab his ecclœ-  
domui sua non timebit, quia

quicunque percutit, ad domum

illius non pertinebunt: nec vesti ipsius spirituali erant indu-  
ti, tametsi mysterijs eius ad tempus videbantur instituti. De-  
nique legimus in euangelij: ciecum de domo conuiuij il-  
lius hominem, qui vestibus operum non mundis hanc intra-  
re præsumperat, & in tenebras exteriores, vbi efflatus &

fridor dentium, esfe proiectum, meritò vtique in frigore pe-  
nae relegatum: quia indumentum pietatis habere negle-  
xerat.

a. **¶ Stragulata vestem fecit sibi.**] Stragulata vestis, quæ va-  
riante textura solet firmissima confici, fortia ecclœsia opera,  
& diuerfa virtutem eius ornamenta significat: de quib; pro-  
pheta in summi regis, viri videlicet illius laude cecinit: *Af-  
ficit regina a dextris tuis in refitu deaurato, circumamicta varietate.*

b. **¶ Byssus quoq; & purpura indumentum eius.**] Byssus in con-  
ueriatione: purpura in effusione pretiosi sanguinis. Byssus  
namque candidi coloris est: purpureus autem color, & de  
sanguine animantis, quod purpura vocatur, conficitur: &  
ipse sanguinis habet speciem. Vnde pulchritudo dictum est a  
patribus, quia sancta ecclœsia electorum floribus vernans, in  
pace habet lilia, in bello rosas. Item, quia byssus de terra vi-  
rens oritur: sed per exercitationes longas ac multifarias, a-  
missio humore ac furore nativo, ad decorum candida vestis  
perducitur. Purpura autem regalis est habitus. Byssus indui-  
tur ecclœsia, cum castigant corpora sua eleceti, & seruiti  
subiiciunt: purpura autem cum eadem continentiam, non  
ob fauorem vulgi, sed ad acquirendam beatitudinem regni  
perennis exercit. Sed hic virtutum habitus in presenti  
quidem nescientibus videtur contemptibilis: sed in futuro  
qualis fuerit, manifeste patebit. Vnde pulchritudo in Apocalyp-  
si sua Ioannes sanctorum le voces audire refert dicen-  
tium: *Gaudemus, & exultemus, quia venerunt nuptiae agni, & v-  
xor eius preparauit se, & datum est ei ut cooperiat se byssino splendenti  
& candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum.*

c. **¶ Nobilis in portis vir eius, &c.**] Vir sanctæ ecclœsiae, vir cui-  
usq; fidelis animæ, Dominus est: qui videbatur ignobilis,  
cum ante tribunal præsidis staret iudicandus: cum probra,  
flagella, sputa, & ipsam crucis mortem luciperteret nobilis  
apparebit, cum veneriti iudicatur orbem in æquitate, & o-  
mnes angelii cum eo. *Tunc sedebit, inquit, in sede maiestatis sue, &  
congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuidem,*  
&c. **[Nobilis, inquit, in portis vir eius:** quia veteres in portis se-  
debat iudicandum solabant, ut venientes ad ciuitatem aliena-  
de, paratum continuo responsum iudicantis acciperent, &  
nei rusticos vel pastores insolita vibis adficia stupeface-  
rent, nec rursum pacem vibis intrinsecus, frequens litigian-  
tium controuersia fedarer. Nobilis ergo erit Dominus in  
portis sua ciuitatis: quia qui etiam nunc contemnendus pu-  
tatur a multis, vbi facili finis affuerit, vbi ingressum patria  
ecclœsia appasererit electis, iam cunctis patebit sublimis. Se-  
debat autem cum senatoribus terra. Amen dico vobis, quod vos qui se-  
cuii estis me, in regeneratione, cum federit filius homini in sede maie-  
statis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tri-  
bus Irael.

d. **¶ Sindonem fecit & vendidit, & cingulum tradidit Chananaeo.**] In

linteo sindonis, subtilis intexio signatur sanctæ prædica-  
tionis, in qua molliter quieticitur: quia mens in illa fidelium  
spæ superna refouetur. Vnde & Petro animalia demonstran-  
tur: quia peccatorum animæ misericorditer aggregate, in  
blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo sindonem ec-  
clesia fecit & vendidit: quia fi-  
dem, quam credendo texuerat,  
loquendo dedit, & ab infidelib;  
vitam reæ conuersatio-  
nis accepit. Quæ & Chananaeo  
cingulum tradidit: quia per vi-  
gorem demonstrare iustitiam  
fluxa opera gentilitatis astrinx-  
xit: vt hoc quod recipitur, viue-  
do teneatur. *Sint lumbi vestris* <sup>l. Th.  
l. Cor.</sup> *cinclæ.* Benè etenim nomine Cha-  
naan, qui & gentilem populum  
procreauit, & interpretatur cō-  
mutatus, conuersa ad fidem gentilitatis designatur: quæ felicissima  
commutatione, à virtutis ad virtutes, à diabolô trans-  
migravit ad Christum. Vnde & in eius laude psalmus qua-  
dragesimus quartus scribitur, cuius titulus est: *In finem pro  
his qui commutabuntur filii Choræ, canticum pro dilectio-  
fi. Filii autem Choræ, filii caluaria interpretatur, qui sunt filii  
dominicæ crucis, dicentes: Mibi autem abst gloriari, nisi in cruce  
Domini nostri Iesu Christi. Quomodo autem commutentur,  
sequentia psalmi eiusdem docent: vbi dilectus ipse, id est,  
Dominus ecclœsiae dicit: *Audi filia & vide, & inclina aurem tu-  
am, & oblinisci populum tuum, & domum patris tu. Commuta-  
tiamque illam desiderat, quam vt filiam habere valeat, do-  
num patris prioris, id est, hostis antiqui, iubet oblinisci.**

mutatus, conuersa ad fidem gentilitatis designatur: quæ felicissima  
commutatione, à virtutis ad virtutes, à diabolô trans-  
migravit ad Christum. Vnde & in eius laude psalmus qua-  
dragesimus quartus scribitur, cuius titulus est: *In finem pro  
his qui commutabuntur filii Choræ, canticum pro dilectio-  
fi. Filii autem Choræ, filii caluaria interpretatur, qui sunt filii  
dominicæ crucis, dicentes: Mibi autem abst gloriari, nisi in cruce  
Domini nostri Iesu Christi. Quomodo autem commutentur,  
sequentia psalmi eiusdem docent: vbi dilectus ipse, id est,  
Dominus ecclœsiae dicit: *Audi filia & vide, & inclina aurem tu-  
am, & oblinisci populum tuum, & domum patris tu. Commuta-  
tiamque illam desiderat, quam vt filiam habere valeat, do-  
num patris prioris, id est, hostis antiqui, iubet oblinisci.**

e. **¶ Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.**] Fortitudo ad tolerandam peruersorum improbitatem: dec-  
or, ad exercentiam virtutum gratiam. Decor, quia operat iustitiam: fortitudo, quia perfecitionem patitur propter iustitiam. Et ridebit in die nouissimo, id est, gaudebit in retributione regni cœlestis, quæ dolebat in certamine vita  
presentis. Mos etenim scriptura est, pro gaudio risum pon-  
tre, sicut & Dominus ait: *Beati qui nunc stetis, quia ridebitis.* Et  
beatus Iob: *Os autem veracium repletur rūs.* Similem fan-  
tu[m] sententiam propheta de Domino ac Salvatore hu[m] fortissime mulieris posuit, dicens: *Dominus regnauit, deco-  
rem induit: induit Dominus fortitudinem. Cum enim pre-  
dicaret euangelium regni, alijs placebat, alijs displacebat: a-  
lij bene loquebantur, alijs detrahabant, lacerabant, morde-  
bant, conuiciabantur. Ad eos ergo quibus placebat, deco-  
rem induit: ad eos quibus displacebat, fortitudinem. Imitate  
ergo & tu Dominum tuum, ut possis scilicet vestis ipsius: esto  
cum decoro ad eos quibus placent bona opera tua: esto for-  
tis aduersus detractores.*

f. **¶ Os suum aperuit sapientia.**] Ad hoc tantum loquens osa-  
perpetrat, vt sapientiam doceret, iuxta illud Apostoli: *Omnis  
sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus, ad edificatio-  
nem fidei, vt de gratiam audiatur.* Vel certè os cordis aperte-  
rit descendit ab ipsa sapientia interiori veritatem, quam alios  
foris doceret. Vtrique autem sensu, quia vtrumque fe-  
cit ecclœsia, aptè concinit quod sequitur,

g. **¶ Et lex clementie in lingua eius.**] Illa videlicet, vt non statim  
more legis Mosaice peccantes puniatur, sed misericorditer  
penitentie remedia vocaret. Cuius exemplum clem-  
tia ab ipso Deo & Salvatore nostro manifeste percepta  
cum oblati ei peccatore muliere: *Si quis, inquit, sine peccato est, primus mittat in illam lapidem.* Et sicutam a crimine, quod par-  
traratur, sub conditione amplius non peccandi miseratus ab-  
soluti.

h. **¶ Considerauit semitas, &c.**] Semitas domus suæ considerat:  
quia cunctas suæ cōscientiæ cogitationes subtiliter inuesti-  
git. Panem otiosa non comedit: quia hoc quod de sacro eloquio  
intelligido perceperat, ante aeterni iudicis oculos exhibeo  
operib; ostendit. Item dom' fortis mulieris, habitat in est pa-  
tria cœlestis. Semite dom' illius, præcepta iustitiae, quib; ad  
aeterna vita mansio[n]e perueniuntur. Quas profecto lematis  
anima benè considerat, cu & diligenter quib; aetib; ad super-  
na peruenire debeat, inspicit, & quæ agēda didicit, sedula ex-  
eere

Ecclesia non desinit. Panem quoque otiosa non comedit, cum sacrificium dominici corporis percipiens, studet imitari auctu quod in mysterio celebrat: multum sollicita ne indigne panem Domini comedendo, & calicem bibendo, iudicium sibi manducet & bibat: sed ut patiendo pro Christo ac lactymas fundendo, bonis quoque auctibus infestando, passionum exempla ipsius, quantum valet, sequatur. Potest & simpliciter accipi, quod panem otiosa non comedat mulier fortis: iuxta illud Apostoli: *Qui non operatur, non manducet, & ipse de le: Quoniam ad ea, que misericordia erant, & his qui mecum sunt, ministraverunt manus iste.* Vnde meritò luxuriantes viduas arguens adiungit: Simil autem & otiosa, discunt circuire dominum: non folium otiosa, sed & verbosa & curiosa.

a § Surrexerunt filii eius, & beatissimam prædicauerunt, vir eius & laudauit eam.] Quid futurum pro certo nouerat, more Prophetico quasi iam factum refert. Surgeant enim filii Ecclesie, videlicet omnes electi in nouissimo, carnis immortalitate donati: & tunc matrem suam, qua eos ex aqua & spiritu sancto Deo genuit, beatissimam prædicant, qua nunc ab infidelibus quasi misera contemnitur. Et reuera, sicut Apostolus ait: *Si in hac vita tantum sperantes sumus in Christo, miserabilis sumus omnibus hominibus.* Quia verò pro vita alia in presenti militamus, meritò cùm apparuerit, quod erimus, marrem nostram, qua ex omnibus iustis collecta, vna Christi columba, sponsa & amica vocatur, beatissimam prædicabimus: *Surget vir eius, & laudabit eam, dicens in iudicio: Venite benedicti patris mei, posidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Eseri enim, & dedicta mihi manducare, &c.* Qui quidem ipse primis dormientium resurrexit à mortuis: sed in die iudicii manifestius omnibus, quos sua laude dignos iudicauerit, quanta sit eiusdem suæ resurrectionis gloria, demonstrabit. Potest hoc, quod dicitur: surrexerunt filii eius, & beatissimam prædicauerunt, etiam in hoc tempore conuenienter accipi, cum quilibet fidelium transensis seculi ærumnis, ad coelestia regna perducitur. Sedere namque ad humiliacionem, aliquando surgere ad gloriam pertinet. Vnde & de Niuitius dicitur in Euangeliō: *Olim in cinere sedentes ponuerentur, id est, in humilitate.* Et Propheta: *A facie manus tua solus sedebam: quia communione replesti me.* Sed & Psalmista: *Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam federitis, qui manducatis panem doloris.* Quod est aperte dicere: *Quid in praefenti quantitate gaudere, quod electis in futuro referuatur?* Non enim potestis in hac vita, id est, ante lucem supernæ retributionis, gloriam veræ felicitatis habere: quin potius postquam hic humiliari fueritis ad tempus, illuc vos in perpetuum veraciter exaltandos sperate: vos quibus amarum est omne, quod seculi amatoribus iocundum videtur & dulce.

Surgunt ergo filii Ecclesie, & beatissimam eam prædicant, cum coelestibus bonis sublimati, quanta sit illius patriæ beatitas, cuius participes esse meruerunt, aspiciunt: & hanc debita laudatione in diuina visione concelebrant.

Laudat eam vir eius, cùm bona, qua ipse donavit, remunerat. Quibus autem verbis eam laudet, consequenter ostenditur, cùm dicitur.

b § Multæ filiae congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas.]

Multas filias, Ecclesia dicit haereticorum, & malorum turbas catholicorum: qua filiae dicuntur, vel Christi vel Ecclesie: quia & ipsæ sunt dominicis renata sacramentis, & adoptionem filiorum, quam non custodiére, perceperunt. Vnde & Ioannes ait: *De nobis exierunt, sed non erant ex nobis.*

Quæ congregauerunt diuitias, videbant bonorum operum, orationes, ieiunia, elemosynas, afflictionem & castimoniam carnis:

continentiam lingue, meditationem scripturarum, & cetera huiusmodi, quæ vera sunt diuitiae spiritus, vbi pura mentis sinceritate geruntur. Vbi autem finitae, quæ per dilectionem operatur, fiunt, nihil agentibus profunt. Sed & illæ filiae frustra congregarunt diuitias: de quibus Dominus ait: *Muli dicit mihi in illa die: Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavi? & in tuo nomine demonia ecce misi, & in tuo nomine virtutes multi feci.* Ecce confitebor illis, quia nunquam novi vos. Sed omnes istiusmodi filias, Ecclesia catholica supreditur, quæ fide casta & opere perfecto, redemptoris sui vestigia secatur.

c § Fallax gratia & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur.] Fallax est gratia laudis, quam ab homine accepit: vana pulchritudo charitatis vel operationis bonæ, quam hominibus ostentat anima, qua timore caret diuino.

At illa conscientia vera est laude digna, qua timore Domini in omnibus seruat. Ipsa est principium cunctarum custosque virtutum, scriptura dicente: *Timor Domini principium sapientie.* Et iterum: *Qui timet Deum, nihil neglit.* Hinc est enim, quod idem beatus Iob, & in prosperitate virtutibus incomparabiliter floruit: & in adversitatibus insuperabilis hostis permanuit: quia veraciter dicere potuit: *Semper enim quasi tumentes super me fluctus, timui Deum: & pondus eius ferre non potui.* Fallax ergo est simulatorum gratia: vanus decor, opera stultorum. Ecclesia autem qua in timore incolatus sui tempore conuersatur: quoniam ardentes virtutum lampadas venienti ad iudicium suo sponsor offert: iure ab eo laudata, ianuam cum eo regni coelestis intrabit. Qualiter autem eam laudet, terminali versu docetur.

d § Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis operae eius.] Haec sunt enim verba viri illius, de quo dictum est: *Vir eius & laudabit eam, id est, Domini & Salvatoris nostri: qui angelis in fine præcepturus est, vt Ecclesiam post huius vitæ certamen, triturationem, afflictionem terrestrium, ad coelestis regis regni gaudia introducant, ac vitæ immortalitatis sibi sociam aggregent: iuxta illud Euangelicum: Trium autem congregate in horreum meum: Date, inquit, ei de fructu manuum suarum: quia fructus vni spiritus ferre curauit, charitatem, gaudium, pacem, benignitatem, bonitatem, modestiam, continentiam, fidem, patientiam, pro hoc illi debitam rependite mercedem.* Et laudent eam in portis, hoc est, in iudicio, siue in ingressu patriæ coelestis: non hominum fauores superuacui, sed opera ipsa quæ fecit: examinante, probante, ac remunerante illo, cuius haec donante gratia perficit.

A quo ut laudari mereamur in futuro, concedat ipse propitius, nos cum dignis in presenti vita collaudare fertur.

Matth. 7. c.

Ecclesi. 1. b.  
Ibid. 7. c.  
Iob 31. c.

Marc. 3. c.  
Galat. 5. d.

Commentariorum in Proverbia Salomonis finis.